2

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## INCIPIT LIBER MACRI PHILOSO phi i quo tractat de naturis qualitatib9 & virtutib9 Octuagintaocto herbaruȝ & primo de Arthemeſia

Erbarum quaſdā dicturuſ carmine vireſ
Herbarū matri dedit Arthemeſia nomē
Cui grec9 ſermo iuſtū puto ponere prio
Huius opem ferē prius inueniſſe dianā.
Arthemiſ grece que dicitur indeqȝ nomen
Herba tenet: quia ſic inuentrix dicitur eius
Precipue morbis mulieribus iſta medetur
Menſtrua deducit eius decoctio ſumpta
Hac quoqȝ feminie matrix ſi ſepe fouetur
Vel ſi cruda mero ſociata terendo bibatur
Aut ſi trita virens ſuper aluum nocte ligetur
Pellit abortiuum potu: vel ſubdita tantum
Duricias ſoluit ſtericas: pellitqȝ tumorem
Vrinā potata donat: lapideſqȝ repellit
Hictericoſqȝ iuuat cum vino ſepius hauſta
Hanc adipi iunctam ſtrumis apponere laudat
Pliniush: ancqȝ iubet cum vino ſumere tritam
Hoc opium nimium ſi quemq̄ leſerit hauſtum
Subuenit eximie: ſi vino iuncta bibatur
Affirmant quidam quiſquis guſtauerit illam
Quod nullo valeat nocuo medicamine ledi
Et qꝫ eum morſu non appetat vlla ferarum
Radix illius collo ſuſpenſa rubetis
Dicitur & cunctis nocuis obſiſtere ranis
Sucus ad hoc eius cum vino proderit hauſtus

Stericas al' Stiricas
hictericos
Strumis
opium fit ſucis papaue-
rorum ... et lac quod
in vaſculis deſiccat ... opiū ...
aliud ... vocat.
Rubeta rana ...

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Si muſto contrita recens ſeruabitur herba
Vinum predictis reddet medicabile morbis
Et ſapor eſt & odor vino gratiſſimus illi
Confortat ſtomachum: ſanat precordia ſumptum
Et multis alijs affirmant vtile cauſis

Ambrotonu de q li xxi plinius

### De Aprotano · al' ambrotono

Ertius Aprotanus legit̃ gradꝰ eſſe caloris
Et deſiccandi ſemen feruentior herba eſt
Inde iuuat neruos & cauſas pectoris omēs
Illius elixi ſi ſit decoctio ſumpta
Sic quoqꝫ diſcinoſis prodeſt: tuſſimqꝫ repellit
Et prodeſt lumbis: ſic vuluarumqꝫ querelis
Omnibus his crudum cum vino proderit hauſtum
Vrinam purgat: ſic & precordia mundat
Sic ſciaſim curat: ſic ſumptum meſtrua purgat
Serpentes nidore fugat: bibitumqꝫ venena
Illorum extinguit: ſedat quoqꝫ frigora febris
Anteaq̃ veniat: ſi miſto ſumitur amne
Aut oleo quo decoquitur ſi membra perungas
Lumbricos ventris hanc ſepe bibendo necabis
Huic panis micas & mala citonica iungens
Inſimul amne coquas oculorum cocta dolori
Apponas: vel feruori curabis vtrumqꝫ
Stipes infixas et ſpinas attrahit ipſas
Appoſitum per ſe vel adeps ſi iungitur illi
Plinius vt ſcribit venerem mouet illius herba
Si fuerit tantum puluino ſubdita nocte
In cunctis veneri nocuis potata reſiſtit

Disinosis deducit nomē a asma que grece dr difficultas respirandi

### De Abſinthio

N primo calor eſſe gradu vis ſicca ſecundo
Dicit̃ Abſithii: ſtomachū corroborat herba
Illius quocūqꝫ modo qui ſumſerit herbam
Sed melius pluuie ſi ſit decocta liquore
Et ſi ſub diuo prius infrigidata bibatur
Sic poterit variis eius ſuccurrere morbis
Hoc modo depellit lumbricos: mollit & aluum
Vrinam potu producit: meſtrua ſoluit
Eius & in modicum ſedat ſic ſumpta dolorem
Illi ſi nardum quem profert gallia iungas
Et coniuncta teras & mulſa trita reſoluas
Precipue tali purgabis meſtrua potu
Hoc quoqꝫ preſtabunt cum lana ſubdita molli
Si ſeler & nardus & acetum iungitur illi
Noxia depelles potu faſtidia tali
Gramina ſi rute iungas huic ſalqꝫ piperqꝫ
Cumqꝫ nitro tundens des hec decoctiaue potu
Noxius & crudus ſtomachi purgabitur humor
Yri coniuncta pectus mire adiuuat hauſta
Acri cum vino trita ſe quolibet vngens
Non metuet pulices muſceqꝫ fugantur odore
Ictericis crudam dabis hanc apio ſociatam
Cnrat epar ſibi ſi iungatur gallica nardus
Splenqꝫ ſibi iuncto potata iuuabit aceto
Sic quoqꝫ fungorum depellit ſumpta venenum
Obſtat peſtifere cum vino ſumpta cicute
Sicqꝫ venenatis ſuccurrit morſibus hauſta
Et claros oculos reddit cum melle peruncta
Hocqꝫ modo ſubgillatis ſuperaddita prodeſt
Decocteqꝫ vapor: obſtruſas liberat aures

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Si manant ſanie cum melle recens ſuperadde
Subuenit anguine melle nitroqꝫ iugata
Vulneribus prodeſt contrita recentibus illa
Si ſuperaddatur capitis ſic vlcera curat
Prurituſqꝫ iuuat eius decoctio ſumpta
Nauſea non poterit quemq̃ vexare marina
Antea cominiſtam vino qui ſumpſerit illam
In lini panno ſi circum cincta geratur
Inguinis inmodicum fertur cohibere tumorem
Olfatu ſomnum capiti vel ſubdita preſtat
Hanc ſibi ſupponi ſi non preſenſerit eger
Denigrat crines cinis eius ſi bene miſtus
Ceroto fuerit: & eo ſit ſepe perunctus
Atineis tutam reddit qua conditur arcam
Sub lingua factum curat cum melle tumorem
Liuoremqꝫ nigrum qui circum luminis orbem
Apparere ſolet: purgabit idem medicamen
Auris depellit ſonitum cum felle bouino
Duritiam ſplenis eius cataplaſma reſoluit
Coniuncto ſibi melle ſtore ſi ſubditur herba
Deſiccabit eam manareqꝫ meſtrua cogit
Ex oleo viridis fuerit ſi cocta iuuabit
Non modice ſtomachū quoqꝫ erit hoc vnguine fetū
In cauſtry vino quo ſit macerata reſolue
Si ſcribis cartam mus non teret amplius illam
Plinius attollit magnis hanc laudibus herbam
Romanoſqꝫ refert ſacri ſex more diebus
Dum quadrigarum curſu certare ſolebant
Abſinthi ſucum ſolitos donare bibendum
In capitolina victori ſepe locato

Credentes premium pre cunctis reddere diguum
Illi quo firmam poſſet ſperare ſalutem
Que conſtat mundi precio precioſior omni

De Vrtica

Dicimus Vrticam quā grecus acaſphe dicit
Feruida non modice vis illi dicitur eſſe
Vnde nec inmerito nomen ſumpſiſſe videt̃
Tactaqꝫ exuret digitos vrtica tenentis
Hec ſolet hictericos cum vino ſumpta iuuare
Illius ſemen colicis cum melle medetur
Et tuſſim veterem curat ſi ſepe bibatur
Frigus pulmonis curat ventriſqꝫ tumorem
Omnibus his prodeſt puluis cum melle iugatus
Aut ſucus viridis cum vino ſepius hauſtus
Cum ſale de foliis eius factum cataplaſma
Vlceribus prodeſt: & ſordida vulnera purgat
Et contra morſos valet hoc cataplaſma caninos
Hec cancros & parocidas lixataqꝫ curat
Hacqꝫ reformatur caro que diſceſſit ab oſſe
Et ſolet humores hec deſiccare nocentes
Acri cum vino radix contrita tumorem
Compeſcit ſplenis podagre ſic ſubuenit illa
Omnibus & morbis ſic ſubuenit articulorum
Omnibus his prodeſt ſuperaddita vel ſibi iuncta
Si coquis hanc oleo & foueas hoc vnguine membra·
Naribus impoſitus ſucus foliumue cruorem
Elicit: innata vis eſt ſibi tanta caloris
Quod ſi manantem cupias retinere cruorem
Vrtice frontem ſuco line: reprimit illum
Si ſupponatur cum mirra meſtrua purgat

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Si claudit vuluam matrix humore grauatam
Vrtice foliis reuocabitur illa fricata
Cum vino bibitum ventrem ſemen mouet eius
Sed melius rutam ſi iungas melqꝫ piperqꝫ
Et ſi cum vino predicto more bibatur
Pleureticos pectus pulmones adiuuat eius
Semen ſi ſumptum fuerit cum melle iungatum
Cum mulſa bibitum locium producit abundans
Herba recens eius olerum ſi more coquatur
Detur & illius decoctio molliet aluum
Ore diu clauſo ſucus ſi voluitur eius
Vue non modicum poterit ſedare tumorem
Sudorem mouet ex oleo decocta perunctis
Si quadrupes quicumqꝫ marem perferre recuſat
Vrtice foliis illius vulua fricetur
Sic naturalem calor excitat ille calorem
Vngas ſepe caput reprimit dicit Galienus
De fluxu capitis ſi ſucum ſeminis huius
Illius ſemen collectum tempore meſſis
Et deſiccatum cauſis erit vtile multis

## De Alleo

Cordion argiue ſunt allea dicta latine
Cuius vim medici calidam ſiccamqꝫ periti
In quarto poſuere gradu māſuꝫ vel iūctū
Curat quos ſerpens vel ſcorpius intulit ictus
Et nocui vermes triti pelluntur odore
Sanat & appoſitum morſus cum melle caninos
In mulſa coctum commiſtum cum ſit acetum
Et bibitum vermes ventris tineaſqꝫ repellit
Ex oleo cum reſte ſua ſi decoquis illud

Morſus pectiferos reddes hoc vnguine ſanos
Corpus & attritum cura ſanabis eadem
Vnguine veſice dolor & tumor hoc reprimuntur
Fumo combuſti ſi vulua diu foueatur
Ipſe refert Ypocras educi poſſe ſecundas
Pulmonum varias coctum cum lacte querelas
Potatumqꝫ iuuat: vel crudum ſepe comeſtum
Cum centaurea diados dare precipit illud
Idropicis: ſic humores deſiccat aquoſos
Idem neufreticis elixum ſumere iuſſit
Pitagoras illo fuit vſus cum coriandro
Cum vino cauſas ſic curans yctericorum.
Et ſic potatum dicit ꝙ molliat aluum.
Cum qꝫ faba coctum capitis ſedare dolorem
Dicitur attrito ſi timpora perlinis illo
Anſeris huic adipem iungas tepideqꝫ dolenti
Infundas auri preclare ſubuenit illi
Elixum tuſſim iuuat: & ſuſpiria tollit
Clarificat raucam crudum coctum quoqꝫ vocem
Sed magis elixum iuuat illā ſepe voratum
Adiuuat in coctum pultis ſumptumqꝫ tenaſmon
Porcino iungis adipi ſi conteris ipſum
Non modicos reprimens ſuperaddēs ſepe tumores
Huic ignotarum potus non ledit aquarum
Nec diuerſorum mutatio facta locorum
Allea qui mane ieiuno ſumſerit ore

## De Ruta.

Tilis eſt ruta quia lumina reddit accuta
Auxilium rute vir lippe videbis acute
A medicis rute vis feruida dicitur eſſe

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Siccaq; fertur in his gradus huic tertius eſſe
Vtilis eſt ſtomacho valde ſi ſepe bibatur
Expellit partum potu: veneremq; cohercet
Tuſſim compeſcit bibita quoq; meſtrua purgat
Si coquis hanc in aqua cui vinum iunxeris acrum
Eius compeſcit decoctio tormina ventris
Pulmones iuuat & pectus/morboq; medetur
Conſtare quem pleureſim vocat attica lingua
Artericos ſciaſimq; iuuat febriq; medetur
Hauſta vel in oleo viridem ſi coxeris illam
Et foueas tepido patientis ante tremorem
Matrici prodeſt inteſtiniq; tumori
Hoc vnguen vel criſterio ſi funditur intus
Hauſtaq; cum vino prodeſſe valebit vtriq;
Lumbricos oleo & decocta potata repellit
Cum ficu decocta diu viniq; liquore
Carrica iungatur rute vinoq; coquatur
Proderit ydropecis ſi ſit ſuperaddita nocte
Cruda comeſta recens oculos caligine purgat
Et melius maratri cum ſuco felleq; galli
Melleq; ſi ſucus ex equo iungitur eius
Indeq; ſint oculi pacientis ſepe peruncti
Cum roſeo miſcens oleo necnon & aceto
Illius ſucus capitis curare dolorem
Quemuis inmodicum poteris hoc ſepe perungens
Naribus expreſſus ſi ſucus funditur eius
Siſtit manantem bene deſiccando cruorem
In corio mali granati ſi calefactu
Auribus infundas depelles inde dolorem
Ceruſe roſeoq; oleo miſcens & aceto

Illius ſucum mirandum conficis vnguen
Ad depellendum ſacrum quem dicimus ignem
Et ſcabiem delet cui dicta eſt erpeta nomen
Et grece dictas acoras hoc vnguine purgas
Vlcera ſunt capitis humore fluentia pigri
Curat & hoc ozimas immiſſum naribus: hec ſunt
Que grauiter fetent in naribus vlcera nata.
Obſiſtit potata nimis comeſta venenis
Hoc Mitridates rex ponti ſepe probauit
Qui rute folijs viginti cum ſale pauco
Et magnis nucibus iunctis caricisq; duabus
Ficubus & binis ſiccis geminataq; grandi
Ieiunus veſci conſurgens mane ſolebat
Armatuſq; cibo tali quaſcumq; veneno
Quilibet inſidias ſibi condere non metuebat
Muſteleq; docet obſiſtere poſſe venenis
Mirifice rutam comedunt qui primitus illam
Cum pugnature ſunt cum ſerpentibus acris.
Butiro modicoq; oleo decocta tumorem
Matrici ſubiecta tepens fugat illa coliq;
Et cunctis morbis intus ſic ſubdita prodeſt
Hac & teſticulos poteris curare tumentes
Cum folijs lauri bene trita ſic ſuperaddas
Ex hoc antidotum non paucis vtile cauſis
Conficitur: medici dicunt diapigamen illud
Piganion in greca lingua que ruta vocatur
Illius antidoti confectio talis habetur
Pondere iuuge pari nitrum piper atq; ciminum
De tribus his quantum de ruta ponite tantum
Et prius ex acro vino macerare ciminum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Conuenit & ferro poſt aſſari calefacto
Omnia trita ſimul bene deinde ex melle ligabis
Pectoris & lateris iecoris renumq; dolores
Hoc ex antidoto curantur ſepe comeſto
Extenuat bilem mollit ſine tormine ventrem
Confortat ſtomachum facit vt bene digerat eſcam

### De Apio.

St apium dictū: q apes hanc ferre ſolebant
Victores veterū fieret de more triūphus
Ipſe ſibi talem prius impoſuiſſe coronam
Dicitur Alchides morem tenuere ſequentes
Aſt alii dictum credunt q apes vehementer
Illius ſolent auide decerpere flores
Hanc herbam ſilion ſolet actica lingua vocare
Virtutis calide ſicce quoq; dicitur eſſe
Tertius a medicis gradus eſt dictus in vtroq;
Illius ſuco ſi candida mica terendo
Panis iungatur oculi ſedare tumorem
Dicitur emplaſtri noctu ſuperaddita more
Sicq; fieri mammis prodeſt tumentibus illam
Cedat feruorem ſtomachi pellitq; tumorem
Et quicquid venter creat includitq; nociuum
Deſiccans poris aſſumpta repellit apertis
Prouocat vrinas hec cruda commeſta vel hauſta
Sed mage radicum facit hec decoctio ſumpta
Hoc idem ſemen operatur fortius hauſtum
Tota venenatis occurrit morſibus herba
Sed ſemen potius/apozima proderit eius
Si bibitur tuſſim modo curabit eodem
Venerem conſtringit vomitum potata cohercet

Limphe commiſtum ſibi ſi iungatur acetum
Egris amiſſum fertur reparare colorem
Crudaq; ieiunis fuerit ſi ſepe comeſta
Vnaquaq; die vexante corpora febre
Cum limpha potata iuuat febris ante tremorem
Ydropicos & ſplen tumidum iuuat illa iecurq;
Si cum feniculi ſuco contrita bibatur
Illius ſucus farris cum polline miſtus
Hacq; ſuperpoſita turpis lentigo fugatur
Atq; oui lacrimo vuluus bene purgat & vlcus
Si ſuperaddatur emplaſtri more frequenter

### De Sauina

Racteon grece Sauina vocata letine
Siccaq; caloris vis tertius igitur illi
Eſt in in vtroq; gradus: vuln9 cū melle vlcus:
Fortiter exiccat & ſordes purgat eorū
Sic iuuat antraces bona que plebs vlcera dicit
Meſtrua deducit corruptos abſtrahit aluo
Conceptus ſi cum vino ſit ſumpta frequenter
Vel ſi trita prius matricis ſubditur ori
Cerotis admiſta cutem facit eſſe nitentem
Omnibus & morbis prodeſt ex frigore factis
Illius in vino vel aqua decoctio curat
Quos vertigo nocet ſi lotum ſit caput inde
Herbaq; timporibus vel fronti cocta ligetur
Duplum ſauine ſi deſit cinamo poni
In medicamentis iubet Oribaſius auctor

### De Yſopo

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

St Yſopum ſiccum calidum q̄ꝫ tertius illi
Eſt in vtroqꝫ gradus : eius decoctio facta
Prodeſt nō modicū tuſſiꝫ patiētib9 hauſta·
Sic tu cocta ſimul ſit mel ficus quoqꝫ ſicca
Subuenit et voci rauce verſata palato
Et prodeſt cunctis pulmonum ſumpta querelis
Lumbricos ventris eadem potata repellit
Impetus & capitis ſi diſtillatio fiet
Quod perſepe ſolet tuſſim naſimqꝫ creare
Prodeſt hec eadem decoctio ſumpta frequenter
Omnibus his prodeſt puluis cum melle iungatus
Contrito viridi ſi iungitur oximel illi
Sicqꝫ datum bibitum ſtipatum molliet aluum
Cum vento nimio viſcoſum flegma repellit
Cardama ſi iunges his ſolues fortius aluum
Potio ſi viridis vel ſicci ſepe bibatur
Vultum extinctum fertur preſtare colorem
Cum nitro & ficu ſicca cum coxeris illum
Et ſuperapponas ſpleni cataplaſma tumenti
Ydropicis ue ſolet ſiccando repellere morbum
Cum vino bibitum precordia tenſa relaxat
Et quicumqꝫ tumor nocet interiora recedit
In quo decoquitur ſi dens foueatur aceto
Fertur ab immodico cito dolore leuari
Accenſe fumo ſonitus compeſcitur auris
Elixus appoſitus liuoris limpidat omnes
Sic iuuat ycteri cos iniectum naribus idem
Auriculeqꝫ grauem dicunt ſedare dolorem
Hoc miſtum roſeo ſi fundas intus oliuo

## De Enula.

Nula quam vulgus alnam vocat eleniumqꝫ
Dicitur a medicis cū forma cognita cūctis.
Humida vis eius & feruida dicitur eſſe
Humor habere gradum primum : feruorqꝫ ſecūdū
Dicitur illius decoctio meſtrua purgat
Si bibitur mouet vrinam depellit abortum
Dicitur hec eadem ſtipatum ſoluere ventrem
Radix trita fugat ſciaſim ſuperaddita coxe
Ex eius foliis cum vini nectare coctis
Mire neufreticis renes inuoluere prodeſt
Eius radicis puluis cum melle voratus
Tuſſim compeſcit ortonnoicisqꝫ medetur
Cum ſuco rute ſucus ſi ſumitur eius
Affirmant ruptis ꝙ proſit potio talis
Butiro modicoqꝫ oleo decocta tumorem
Matricis ſubiecta tepens fugat illa colicꝫ
Et cunctis viciis & morbis ſubdita prodeſt
Hac etiam teſtes poteris curare tumentes
Cum foliis lauri bene trita ſi ſuperaddes
Nota ꝙ poſt hoc capitulū de Enula poſſum9 repe
tere etiā illos xiii. verſus vltimos poſitos in capitulo
de Ruta incipiēdo ab illo verſu. ſ. Ex hoc antidotum
vſqꝫ ad finē ſuper confectiōe illius Vtilis Antidoti.

## De Saluia.

Aluia cui nomen Eliſagus eſt apud Argos
Cum mulſa iecoris prodeſt potata querelis
Pellit abortiuū lociumqꝫ meſtrua purgat
Trita venenatos curat ſuperaddita morſus
Cunctis vulneribus que multo ſanguine manant
Apponas tritam dicunt retinere cruorem

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Cum vino ſucus tepidus ſi ſumitur eius
Compeſcit tuſſim veterem laterıſqꝫ dolorem
Pruritus vulue curat virgeqꝫ virilis
Si foueas vino fuerit quo ſaluia cocta
Illius ſuco dicunt nigreſcere crines
Si fuerint vncti crebro ſub ſole tepenti

## De Feniculo

Eniculum medici calidū ſiccumqꝫ ſecundo
Dicūt eē gradu : maratrū grec9 vocat illud
Si radix acro contrita iungatur aceto
Sedabit quoſuis ſuperaddita ſepe tumores
Obſtat ſerpentum cum vino ſumpta venenis
Et ſic aſſumptum venerem ſtimulare videtur
Sic quoqꝫ pulmonis prodeſt iecoriſqꝫ querelis
Ac ſic nutrici ſumptum lac prebet abundans
Herba virens curat morſos cum melle caninos
Si ſuperaddatur cum vino miſta bibatur
Auribus infuſus ſucus vermes necat eius
Radix in ptiſana renes decocta medetur
Cum vino vel aqua radicum coctio ſumpta
Neufreticis & veſice morbis medicatur
Vrinas purgat:& meſtrua ſumpta reſoluit
Vel ſi trita ſuper pecten hec herba ligetur
Hanc manſam ſerpens oculos caligine purgat
Indeqꝫ compertum eſt humanis poſſe mederi
Luminibus multis probatum dicitur eſſe
Radicum ſucus oculis cum melle perunctus
Pulſa reddit eos omni caligine claros
Expreſſns maratri viridiſqꝫ de ſemine ſucus
Soleqꝫ ſiccatus magnum medicamen habetur

Ad quoſcumqꝫ voles oculorum pellere morbos
Cum vino iuuat ydropicos potata tumores
Sicqꝫ venenatis obſtabit morſibus illa
Sic quoqꝫ pulmonis obſtat iecoriſqꝫ querelis
Hac a nutrice ſumpta fit copia lactis
Nauſea cum vino ſumpta ſedabitur illa
Feruorem ſtomachi cum vino mitigat hauſta
Radix illius vino decocta dolores
Fomento curat patitur quos virga virilis
Hoc quoqꝫ ſi iungas oleo facit atqꝫ perungas
Ictu vel factos ſubito quoſcumqꝫ tumores
Appones miſto tritam ſedabis aceto
Semen cum vino bibitum veneris mouet actus
Hocqꝫ modo lateris diros ſedare dolores
Dicunt: aut herbe ſi ſit decoctio ſumpta
Tradunt autores eius iuueneſcere guſtu
Serpentes: & ob hoc ſenibus prodeſſe dicatur

## De Lactuca.

Rigida lactuce vis conſtat & humida fert̃.
Vnde poteſt nimios hec mãſa leuar̃ calores
Et preſtabit idem bene tritam ſi ſuperaddas
Vtilis eſt ſtomacho: ſomnum dat: mollit & aluum
Omnibus his prodeſt melius decocta comeſta
Et ſtomacho melius non lota comeſta medetur
Lactuce ſemen componit ſomnia vana
Cum vino bibitum: fluxum quoqꝫ deprimit alui
Humida lactuce vis frigida cumqꝫ ſecundo
Dicitur eſſe gradu: nimios leuat inde comeſta
Feruores: vel ſit illis ſuperaddita trita
Dat lac abundanter nutrici ſumpta frequenter

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vt quidam dicunt oculis caligo creatur
His quibus aſſidue fuerit cibus eius in vſu

De Roſa.

Icit flos florum nobis roſa iure videtur
Que ſpecie cūctos precedit odoreq; flores.
Non tamen hoc ſpecie tantum nec odore iuuare
Hos valet ac variis mox adiuuat illa medelis
Eius ſicca gradu vis eſt & frigida primo
Compeſcit ſacrum ſi trita apponitur ignem
Sic quoq; ſi ſtomachus calet aut precordia ſedat
Fluxum matricis cum vino ſtringit & alui
Illius ſucū collíria plurima querunt
Et ſicce puluis morbis bene ſubuenit oris
Infrictus per ſe tantum cum melle ue miſtus
Omnes feruores ſuperaddita trita coherceat
Ipſa recens vel ſi mulſa commiſta bibatur
Ex hac conficitur oleum roſeumq; vocatur
Diuerſis morbis multiſq; valet quoq; cauſis
Si bibuitr ventrem mollit ſtomachiq; dolorem
Extinguit nimium bene ſi foueatur eodem
Et dolor & feruor capitis curabitur illo
Permiſcendo ſibi ſi forte iungatur acetum
Sordibus expurgat vulnus repletq; profundum
Et combuſturis preclare ſubuenit ignis
Ore diu tentum dentis ſedare dolorem
Dicitur: & duras palpebras reddere molles
Aufert ſuppoſitum pruritus interiorum
Et ſtericis variis valet hec ſuccurrere morbis
Hoc oleum quoniam variatur conficiendo
Dicam paladius quid ſcripſerit inde peritus
Si rubeum fuerit foliorum ſumito flores
Vncia purgato ſicq; mergatur olíui
In libra vitreo ſic claudens omnia vaſe
Sub phebo ſeptem tantum ſuſpende diebus
Inde medelarum varios ſeruetur ad vſus

De Plantagine.

Erbam que lingua noſtra Plātago vocatur
Hāc Arnogloſſa; grec9 vocat eſt qa ligue:
Argiue ſimilis foliis plantaginis huius
Sunt gemine ſpecies & maior prima vocatur
Altera vocatur minor quam vulgo lanceolatum
Dicunt :q; foliis vt lancea ſurgit acutis
His infridandi deſiccandiq; vocatur
Tertius eſſe gradus : maiorem vim tamen eſſe
Maioris dicunt nimis humida vulnera ſiccat
Si ſuperaddatur cum melle & ſordida purgat
Cum ſale ſicut olus ſi iuncta coquatur aceto
Ventrem reſtringit nimium ſic manſa fluentem
Si ſupradictis ſit lens decocta iuuabit
Hinc diſſintericos melius cibus & ciliarcos
Stringit manantem ſuperaddita trita cruorem
Et nigris maculis fertur reparare colorem
Cuicumq; lacrime mire medicatur aduſtis
Sola canis morſum ſedat :curatq; tumorem
Et ſcrofas ſpargit ſuperaddita cum ſale trita
Ydropicis vt olus decocta comeſtaq; prodeſt
Sic iuuat aſmaticos:fertur iuuare caducos
Sordida curabis bene vulnera quelibet oris
Ore diu tentus ſi ſucus voluitur eius
Hinc interfuſus curat cyringia ſucus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Et dolor hoc auris ſedabitur : & ſacer ignis
Fert emotoicis id opem ſi ſepe bibatur
Per ſe fortior eſt: ſi coniungatur aceto
Sic iuuat ptiſicos: iniectus vero per anum
Stringit non modicum fluxum diſſintericorum
Pellitur ex oculis tumor hic feruorq; perunctus
Sepius hanc ipſam ſi dentibus atteris herbam
Gigniuas reprimit tumidas & ſaguine plenas
Sicq; ſolet dentis compeſcere ſepe dolorem
Sucus matrici cum lana ſubditus eius
Stringit manantem nimium ſiccando cruorem
Cunctis predictis eius decoctio cauſis
Prodeſt & potus cum vino ſeminis huius
Veſice renumq; iuuat potata dolorem
Dicunt non naſci ſcrofas potantibus eius
Radicem collo ſuſpenſam eſt vis ſibi tanta
Radices eius tres contere iungito tritis
Vini tres cietos & aque: fac ſit modus idem
Hoc nondum tremulo potanda dabis febrienti
Sic pelles febrem cui dat lux tertia nomen
Bis bine quoq; quatrinis prodeſſe putantur
Cum totidem vini cietis ſi dantur et amnis
Cuncta poteſt predicta minor plantago iuuare
Quamuis non tantas vires videatur habere
Precipue ſucus curat plantaginis huius
Quod iuxta uares vel lumina naſcitur vlcus
Si ſuperaddatur cum lanis mollibus illi
Perq; nouem dies iſtud cataplaſma mouetur
Eius ſi ſuco tepido venter foueatur
Acri dolore depulſo ſanabitur ille

Lumbricos ſucus depellere dicitur eius
Si porcina vetus aſſungia iungitur illi
Sedabit duros iſtud cataplaſma tumores
Parocidas vulnuſq; recens hoc adiuuat vnguen
Ante duas horas quartane q̃ tremor egrum
Vexet ſi ſucum biberit plantaginis huius
Sencies eximiam facili medicamine curam
Eius potatum depellit ſparma ſecundas
Si via longa pedum mouet vt ſit ſepe dolorem
Acri cum vino ſuperaddita trita iuuabit
Cum paſſo ſucus ſepius ſi bibitur eius
Veſice variis fertur ſuccurrere morbis
In deſiccando vis eſt plantaginis ingens
Maioris queat vt veluti cauteria corpus
Impoſitum ſiccare refert vt plinius auctor
Compoſuit librum temeſon de viribus eius
In quo preclaram celebrauit laudibus illam

## De Viola.

Ec roſeus ſuperare decor: nec lilia poſſunt.
Fragrantes violas ſpecie nec vi nec odore:
Dicitur humida vis illis & frigida primo
Eſſe gradu ſpecies tres eſſe leguntur earum
Noſcere quas tantum diuerſo flore valemus
Nam ſunt purpurei flores albiq; nigriq;
Cunctis pene pares ſunt in medicamine vires
Inflãmata iuuant loca: tritam ſi ſuperaddas
Crapula diſcutitur bibitis: capitiſq; grauedo
Olfatu ſolo: vel ſi caput inde coronas
Angrinis pote medicantur aqua reſolute
Purpuream violam dicunt curare cadncos

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Precipue miſto pueros ſi ſumitur amne
Radices viole cum mirro tunde crocoq;
Hoc inflammatis oculis apponite nocte
Contritis foliis viole cum melle perungens
Vlcera curabis capitis ſi iungis acetum
Et cataplaſma facis cedit collectio queuis
Illius curat elixatura tumorem
Matricis tepida ſi ſepe fouebitur illa
Ani ciſſuras quas appellant ragadias
Addita ſcerotis medicantur ſepe perunctis
Puſtula ſi fuerit melle ſuperadde iugatam
Illius ſemen cum vino meſtrua purgat
Trite commiſto radices eius aceto
Splen ſiccant bibite vel ſpleni ſi ſuperaddas
Hancq; modo calidam dicunt ſedare podagram
A ſtomacho rubeam coleram potata repellit
Herbe viole virens vel flos ſucuſue recenſue
Morbos de colera rubea vel ſanguine factos
Mollibus in coſtis: aut in pulmonibus ipſis
Sedat ſi miſto potabitur amne recenti
Infantum tuſſim ſic & ſuſpiria ſedat
Ex violis oleum ſicut de flore roſatum
Conficiunt multis quod dicunt vtile cauſis
Auribus infuſum ſonitum fugat atq; dolorem
Et capiti prodeſt quocumq; calore laboret
Leniter infrigidans: corpuſq; ſopore reſoluens
Lumbricos necat infuſum bibitumq; vel vnctum
Et capitis furfur oleo depellitur iſto
Os capitis ictu fuerit ſi forte plicatum
Intantum vt patiens lingue perdiderit vſum

Fac prius hanc violam cum vino ſumere tritam
Poſtea ſi fuerit capitis pars dextera leſa
Contritam plante pedis hanc annecte ſiniſtri
Et econuerſo facies ſi leua plicata eſt
Os reddit lingueq; die redit vſus eadem
Vt Iuſtus tradit medicus qui talia ſcripſit
Altera vis viole fertur mirabilis eſſe
Albe ſi viole radix teneatur in ore
Et tranſglutitus ſit ſucus ſepius eius
Vulneris inmodicum tradunt mox ſiſtere fluxum
Hanc liquiritie tradit vim Plinius eſſe

### De Ariſtologia.

Riſtologie tres ſpecies nos dicimus eſſe
Longa prior radix cuius eſt longa vocatur
Viribus hec pene par dicitur eſſe rotunde
Dicta rotundo ſequens que ſit radice rotunda
Tertia clematis greco ſermone vocatur
Omnes vim calidam ſiccamq; leguntur habere
In primo vis ſicca gradu: feruenſq; ſecundo
Peſtiferos morſus cum vino ſumpta rotunda
Curat: z aſſumptis prodeſt ſic hauſta venenis
Hocq; modo tardat educit ſumpta ſecundas
Cum mirra & pipere putredine mundat ab omni
Poſt partum potata ſteras vel ſubdita tantum
Aſmaticis prodeſt/& frigora ſumpta repellit
Pleureticos curat miſto ſi ſumitur amne
Vulnera cum mellis purgatq; repletq; liquore
Quodlibet infixum ſuperaddita trita repellit
Quod ſi predictis irim coniungis & inde
Vngas gingiuas dentes putredine purgat

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Splenis duriciem ſoluit lateriſqꝫ dolorem
Si mixta potatur aqua febreſqꝫ malignas
Hoc potata modo fertur compeſcere mire
Sic etiam ſpaſmis ſuper omnia conuenit hauſta
Et ſedat duram ſic ſepius hauſta podagram
Et morbum curare ſolet ſic ſumpta caducum
Et ventris nimium ſic mitigat illa dolorem
Et ſic fit ſumpta leuior paraliticus illa
Demonium fumus depellere dicitur eius
Infantes fumo hoc dicunt exhilarari
Fiſtula curatur huius radicibus herbe
Si bene purgatis eius loca concaua factis
Singlono ſumpta ſedare dicitur illa
Omnia longa poteſt que dixi poſſe rotundam
Longa tamen vires habet illa debiliores
Vnde quidem ſi defuerit quandoqꝫ rotunda
Par pondus longe donatur dimidiumqꝫ
Fomento longe prodeſt decoctio mire
Matricum morbos humores extenuando
Pingues hec purgat eadem ſi ſumitur illa
Plinius hanc formare mares cum carne bouina
Appoſitum vulue poſtq̄ conceperit inquid
Trita necat piſces amiſta calde rotunda
Hanc ideo terre quidam dixere venenum

De Marubeo al's Prauiore.

Arubium noſtri dixerunt parſior argi
Hanc herbā medici ſiccaꝫ calidamqꝫ ſecūdo.
Tradunt eſſe gradu decoctio totius herbe
Seminis aut eius ptiſicos mira iuuat hauſtus
Pectoris hec varios compeſcit potio morbos
Et melius prodeſt yris ſi iungitur illi
Aſmaticos ſic ſumpta iuuat tuſſimqꝫ repellit
Accelerat partus eadem pellitqꝫ ſecundas
Si mel marubeo iungatur vulnera purgat
Hocqꝫ modo curat que rodunt vulnera carnem
Dicitur hoc bibitum lateris ſedare dolorem
Omnibus his ſucus ſiccatis proderit eius
Illius ſucus cum vino melleqꝫ iunctus
Prodeſt luminibus caligine debilitatis
Sic iuuat hictericos iniectus naribus idem
Auriculeqꝫ grauem dicunt ſedare dolorem
Hunc miſtum roſeo ſi fundas intus oliuo
Vſum marubii non dicunt eſſe ſalubrem
His qui veſice morbo renumqꝫ laborant

De Iri.

Ri dat florum nomen color ipſe ſuorum
Celeſti ſimiles ſunt nempe coloribus iris
Iliricam dicunt illam quia plurima naſci
Fertur in illirica vis eius ſicca calenſqꝫ
Dicitur atqꝫ gradum huic in vtroqꝫ ſecundum
Potio ſi viridis vel ſicci ſepe bibatur
Maior vis huius eſt in radicibus herbe
Has dat vtendas per fruſtra rotunda ſecatas
Sic vt ſe partes non tangant inſere filo
Inqꝫ loco ſicco fac ſuſpendantur in vmbra
Vix aliter totum poteris ſiccare per annum
Cum vino ſedat tuſſim prebetqꝫ ſaporem
Si latitans intus ſanies precordia ledit
Pellitur illarum cum vino puluere ſumpto
Cum mulſa bibitus coleram depellit iniquam

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tormina cum miſto bibitus ſedabit aceto
Hocq; modo ſumptis dicunt prodeſſe venenis
Splene contractis & quoſuis frigore leſis
Cum vino bibitus puluis medicabitur eius
Hocq; modo ſumptus tardantia meſtrua purgat
Duricias ſtericas radicum coctio mollit
Si ſuptus poſita foueantur ſepius illa
Hec cum criſterio ſi ſit ſubiecta per anum
Non modicum ſciaſi dicunt prodeſſe dolori
Deq; radicibus his miſto colliria melle
Fiunt que vulue pellunt ſubiecta ſecundas
Inq; locis fixa cauis ſiringia curant
Commiſtus melli deſiccat vulnera puluis
Carne que nuda replet ille ſuperadditus oſſa
Pulueris elebori pars tertia iungitur albi
Yris radicum tenui cum puluere duplo
Puluis vterq; ſimul commiſto melle ligatur
Hoc ſuperpoſitum curat lentigine vultum
Et populas eius iſtud cataplaſma reſoluit
Iris purpureum florem gerit: iridis album
Gladiolus croceum: ſed ſpatula fetida nullum

### De Altea.

Lteam ſpeciem malue nullus negat eſſe
Alteamq; vocant illam ꝙ creſcat in altum
Hanc ipſam dicunt euiſcum que quaſi viſcum
Radix illius contracta madere videtur
A multis ſolet agreſtis hec malua vocari
In mulſa coctus flos eius vulnera purgat
Vel ſi cum vino florem tritum ſuperaddas
Spargere ſic ſcrofas/aniq; iuuare dolorem

Dicitur: hoc modo cõquaſſatis medicatur
Elixata prius radix adipeq; terendo
Addita porcino terebentineq; tumores
Matricis curat reliquoſq; iuuare dolores
Dicitur: illius neruos ſic ipſa relaxat
Rumpit vel ſpargit ſic apoſtemata dura
Omnes has cauſas elixatura iuuabit
Si loca morborum foueantur ſepe repenti
Et diſſintericis radicis coctio ſumpta
Cum vino fluxum ſtringens compeſcit eorum
Et pellit tardas hec coctio ſumpta ſecundas
Et emotoicis prodeſt lapideſq; repellit
Veſice ſolet variis ſuccurrere morbis
Acri cum vino contritum ſemen oliuo
Iungito deformes maculas hoc vnguine pelles
Cum puſcapotata poteſt obſtare venenis
Elixata prius cum melleq; trita repellit
Vulnera que caua ſunt ſi ſit ſuperaddita ſepe
Sic quoq; duricias mollit lenitq; rigores
De coctis oleo foliis factum cataplaſma
Quoſuis peſtiferos morſus combuſtaq; curat

### De Aneto.

Medicis ſiccum calidumq; refertur Anetũ
Et dicunt ꝙ ſit gradus in vtroq; ſecundus
Dat lac abundanter eius decoctio ſumpta
Nutrici: ſtomachi ſolet depellere morbos
Tres ciathos eius tepide ſi ſumſerit eger
Iudicio ruptus eſt qui demonſtrat apertum
Os ſtomachi: ventumq; per hoc exire nociuum
Atq; grauis talis ſedatur nauſea potu

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Prouocat vrinas obſtantia queq; repellens
Matricemq; iuuat bene ſi foueatur eodem
Cum tepida tritum patiens ſi potet anetum
Inteſtinorum curat ventriſq; dolorem
Hoc etiam potu digeſtio tarda iuuatur
Vnde minor fieri vis egeſtiua videtur
Aſſidue bibitum viſui nocet & genitali
Claudit iter ſiccans humorem ſeminis intus
Vuaq; ſi nimis turgens humore grauetur
Suſpendit puluis combuſti ſeminis huius
Appoſitus digitis aut intus cliſtere fuſum
Acrior eſſe cinis radicum dicitur eius
Rodit creſcentes cinis hic in vulnere carnes
Vlcera que ſerpunt: & ſordida vulnera curat
Vlcera precipue membri curare virilis
Dicitur iſte cinis infuſus ſepius illis
Olfatu reprimit ſingultum ſemen aneti
Aſſatum & feruens ſi ſepius olfacit eger
Dicunt feruores oculorum tollere poſſe
Eius radices tritas poſt appoſitaſq;
Apponas emorroidis ſi ſemen aneti
Vſtum curat eos: & condilomata ſoluit
Flos ſi decoquitur oleo medicabile reddit
Illud precipue natis de frigore morbis
Prodeſt: & capitis compeſcit ſepe dolorem
Neruorum laxat tenſuras frigora pellit

## De Bertonica.

Eertonicam ſoliti ſunt ceſtron dicere greci
Vrinas potata ciet: lapideſq; repellit
Fertur emotoicis cum puſca ſumpta iuuare

Fertur emotoicis cum puſca ſumpta iuuare
Ydropicos curat cum vino melleq; ſumpta
De foliis eius tritis factum cataplaſma
Non modicum prodeſt oculis quos leſerit ictus
Illius ſucus roſeo cõmiſtus oliuo
Auribus infuſus varios fugat inde dolores
Betonice ſucus cocto cum melle iugatus
Enepucos tuſſimq; iuuat: ſuſpiria tollit
Et ſtomachi ſumptus varios fugat inde dolores
Si febris eſt calida cum vino: ſi febris abſit
Cum mulſa bibitus idem puluis mouet aluum
Cum ſale contritis foliis cathaplaſmate facto
Vulnera curabis fuerint que facta recenter
Tritaq; fracture capitis hec ſola medetur
De foliis eius elixum fit cathaplaſma
Vtile non modicum variis viciis oculorum
Reſtringit lacrimas oculorum manſa vel hauſta
Hoc etiam caligo ſolet metuenda repelli
Equo cum ruta fuerit ſi pondere iuncta
Et ſi cum limpha ſumatur trita tepenti
Sic oculis nocuus ſanguis per poſteriora
Dicitur expelli: ſic lumina libera reddi
Hac ſumpta tepida purgatur vomica dira
Pectoris & morbi potu curantur eodem
Splen iuuat illius decoctio ſumpta iecurq;
Vncia betonice ſocianda quaterna vetuſta
Cum vini cietis tribus his ſint addita grana
Vigintiſeptem piperis ſimul hec bene trita
Hauſtaq; purgabunt renes pellentq; dolorem
Vncia cum cietis calide potata duobus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Dicitur inmodicum ventris ſedare dolorem
Hec tuſſim cum melle fugat ventrem quoqꝫ mollit
Vnaquaqꝫ die febre ſi vexabitur eger
Vncia iungatur plantaginis vna duabus
Que cum bethonice tepide contrita bibantur
Antea q̃ febris prenuncia frigora fiant
Vntia betonice ciato calide reſoluta
Prodeſt ydropicis ſi ſit potata frequenter
Radicum puluis cum mulſa tritus & hauſtus
Humores veluti eleborum cito vomita purgat
Bis binas dragmas precepit plinius harum
Radicum cum paſſo dare mulſaue bibendas
Precipue fleuma vomitu purgabitur iſto
Cum mulſa bibitus prodeſt ſucus foliorum
Ruptis atqꝫ ſteras potus leuat ille cadentes
Cum vino ſumptis obſtat potata venenis
Precipue ſemen quod ſi deſit detur herba
Vncia betonice cum vino ſumpta tepenti
Ycthericos curat: cum mulſa meſtrua purgat
Pondere vero fabe puluis cum melle voratus
Poſt cenam ſtomachum iuuat vt bene digerat eſcaꝫ
Si de betonica viridi ſit facta corona
Circa ſerpentes vt plinius aſſerit auctor
Nunq̃ audebunt poſitam tranſire coronam
Sed proprio morſu pereunt & verbere caude
Omnibus antidotis Menemacus eam ſociari
Precipit vt ſtomacho magis herbam omnibus aptaꝫ
Plinius hanc inquit: qui ſecum geſſerit herbam
A nullo poterit nocuo medicamine ledi
Et dicunt ꝙ ea cum vino ſepius hauſta

Plumbeus abſcedat color & melior reuocetur

De Porris.

N multis cauſis vſus medicamine porri
Ponit ypocrates medicine maximꝰ auctor
Illius ſucum per ſe dedit ipſe bibendum
Egrotis que reiciunt ſputaue cruorem
Quos emotoicos ſoliti ſunt dicere greci
Cum galla dant hunc alei thuriſue farina
Aut geminis dragmis porrorum ſeminis vnam
Apponunt mirre vino quoqꝫ trita reſoluunt
Pre cunctis aliis dicunt hec ſumpta iuuare
Manantemqꝫ potes naris retinere cruorem
Intus ſi nares vngas medicamine tali
Et dicunt ꝙ ea cum vino ſepius hauſta
Plumbeus abſcedat color & melior reuocetur
Confractas vuluas ſuco curabis eodem
Reddit fecundas manſum perſepe puellas
Vulnera cum melle tritum iuuat appoſitumqꝫ
Humorum capitis ſi diſtillatio fiat
Pulmonem pectuſqꝫ nocens vocem canoram
Indeqꝫ conſurgit tuſſis precordia ledens
Cum tiſana ſucum porri ſorbere iuuabit
Et per ſe ſolum prodeſt his omnibus ipſum
Si porri partes cum vino coxeris albas
Sic ut aquam primam mutes addaſqꝫ ſecundam
Vtilis eius aqua duro fit potio ventri
Dicitur hec eadem cum vino ſtringere ventrem
Cum vino porrus datur his quos leſerit anguis
Quodlibet aut animal fundens letale venenum
Omnibus his prodeſt ſi vulneribus ſuperaddas

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Hoc velut emplaſtruꝫ porrum cum melle ſubactū
Commiſtus porri ſucus lacti muliebri
Et bibitus tuſſim fertur ſedare vetuſtam
Et variis viciis pulmonis ſubuenit idem
Auris compeſcit cum capre felle dolorem
Preſtat idem pariter cum mulſa miſtus & auri
Infuſus tepidus: fungis ſi manditur obſtat
Eius iungatur ſuco pars tertia mellis
Et ſic per nares tepidum fundendo vel aures
Immenſum capitis poterit ſedare dolorem
Cum vino bibat hūc lumborum quem dolor angit
Dicunt vtilius tali nil eſſe dolori
Fracturas ſolidat cito duriciaſq; repellit
Appoſitumq; recens vulnus ſale cito claudit
Si crudum ſumptum fuerit leuat ebrietatem
Et ventrem ſtimulat: ſic durum mollit & aluum

De Camomilla.

Ntenum magnis comēdat laudibus auctor
Aſclepius Camimolā nos hāc Camomillam
Dicimus: hec multum redolens eſt & breuis herba
Herbe tam ſimilis quam iuſto nomine vulgus
Dicit Amariſtam: ꝗ fetet & ſit amara
Vt collecta ſibi vix diſternatur odore
Auctores dicunt ſpecies tres illius eſſe
Quas ſolo florum diſtingui poſſe colore
Traditur: eſt cunctis medius flos aureus illis
Sed variis foliis flos circumcingitur ille
Albi vel nigri ſunt purpureiue coloris
Dicitur Antenus proprie cuius foliorum
Purpureus color eſt maiori fortior hec eſt
Ait Leutateminon foliis deprenditur albis
Mellinis criſontemon vis omnibus illis
Sicca calens gradu primo conceditur eſſe
Prouocat vrinam cum vino quelibet hauſta
Veſice frangit lapides & meſtrua purgat
Si foueatur aqua matrix qua cocta ſit herba
Aut ſi cum vino potetur ſepius illa
Tormina ſic ſedat ſtomachiq; inflatio potu
Pellitur: & tali ſquamas de vultibus aufert
Si tritam apponas ſolam melliue iugatam
Yctericis prodeſt eius decoctio ſumpta
Et mire iecoris medicatur ſumpta querelis
Hac oleo cocta foueas ſi febricitantem
Frigus depelles febrem quoq; ſepe fugabis
Vnguine purgantur ypogilbia turgida tali
Peſtiferos morſus ſerpentum pondere dragme
Pellere cum vino potata refertur ab ortum
Cum vino prebibet Antemis ſumpta nocere
Plinius affirmat hanc quadraginta diebus
Vnaquaq; die bis ſumpta pondere dragme
Cum geminis ciethis vim ſubtilis & albi
Cum lotio ſenſum totum purgare lienum
Egilopas curat ſi quis commaſticet illam
Et ſic apponat ſic vlcera ſordida curat
Emollire caput febris feruore grauatum
Sepe ve collectis ſolet humoribus in ſe
Vlcera producit vocat exanchumata grecus
Hec decocta virens oleo camomilla repellit
Quod ſi defuerit viridis maceretur aceto
Et caput inde lauet nullū magis adiuuat vnguen

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## De Nepta.

Erbā quā neptam vulgari more vocamus
Hāc greco medici calamentā nomine dicūt.
Sicca calenſqȝ ſibi vis eſt & tertius illi
Eſt in vtroqȝ gradus cum mulſa ſicca tepenti
Sumpta ſolet totum ſudore reſoluere corpus
Ex oleo quo ſit decocta perunge fricando
Illum qui metuit venture frigore febris
Non frigus tantum ſed febres inde repellet
Illi qui ſciaſim patitur coxe ſuperadde
Contritam viridem fertur comburere pellem
Et ſic humores ſiccando fugando dolores
Appoſito potuqȝ ſuo cito meſtrua purgat
Eſt lepre ſpecies elefanſiaſiſqȝ vocatur
Que ceteris maior ſic eminere videtur
Vt maior cunctis elefans animalibus extat
Hunc in principio morbum potus calamentis
Cum vino curat humores extenuando
Serpentum morſus ſuperaddita trita nocere
Non ſinet & pellit cum vino ſumpta venena
Potus & iniectus lumbricos enecat eius
Sucus: & in membris vermes necat omnibus eius
Si mel iungatur huic cum ſale plus operatur
Si bibit hanc pregnans aut tritam ſubdit abortit
Purgat & yctericos cum vino mitigat hauſta
Aſmaticos medici quos greco nomine dicunt
Et iecoris morbos cum vino curat anhelos
Hocqȝ modo veterem lateris iuuat illa dolorem
Atqȝ cicatrices nigras ſuperaddita trita
Suo naturali reddit purgando colori

Vino decocta facit hec melius cataplaſma
Compeſcit ſtomachi cum vino ſumpta dolorem
Fumus de domibus ſerpentes effugat eius
Tollere ſingultum cum vino dicitur hauſta
Hocqȝ modo ventrem cohibet potata frequenter

## De Pulegio.

Eruida pulegii vis ſiccaqȝ dicitur eſſe
Terti9 a medicis datus eſt grad9 in vtroqȝ
Sepius hanc herbam ſi pregnans ſumit abortit
Meſtrua deducit cum vino ſumpta tepenti
Hocqȝ modo tardas hec extrahet herba ſecundas
Hoc nomen quia non notum reor eſſe quibuſdam
Exponam tali quid nomine ſignificetur
Et nondum natus teſta circundatur oui
Pulius ſic infans matris veſtitus in aluo
Quadam pellicula matris de ſemine facta
Quam naſcens rupit quaſi teſtam pullulus oui
Iſtas pelliculas medici dixere ſecundas
Que mox expoſitos nature iure ſequuntur
He plus ſi iuſto vicio cogente morantur
Aut mors ſubſequitur dolor aut quiuis tolleratur
Iſtas pulegium predicto more repellit
Cum ſale contritam melli ſi iunxeris illam
Vngiune contractis potes hac ſuccurrere membris
Illius puluis ſumptus cum melle vel hauſtus
Pectoris humores viſcoſos extenuare
Et per ſputa potes illos educere mire
Nauſea vel morſus ſtomachi curabitur illa
Cum ſputa ſumpta vel aceto qui ſit aquoſus
Cum vino nigram coleram potata repellit.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sicqꝫ venenatis ſerpentum morſibus obſtat
Sic per vim febris nimio ve fluore cruoris
Aut aliquo caſu ſubito defecerit eger
Quod ſolet a medicis doctis malefactio dici
Pulegium valido tritum iungatur aceto
Naribus egroti ſic apponatur odore
Solo confeſtim dicūt eleuare iacentem
Gigniuas ſiccet puluis: confirmat: & vſti
Appoſitam veterem dicunt ſedare podagram
Et quoſuis alios ſolet emendare tumores
Si ſuperaddatur tepide permiſce polente
Addita cerotis: papulas de corpore tollit
Spleneticis eadem ſuperaddita cum ſale prodeſt
Elixatura ſi quis aqua ſepe tepenti
Illius abluitur pruritum non patietur
Et ſic matricis poterit curare tumorem
Tuſſim compeſcat cum vino ſumpta tepenti
Et ſic vrinam compellit reddere largam

De Accidula

Icimus Accidulam quā grecus dicit ayron.
Sic dici credunt: ſapor illiꝰ ſit aceti
Creſcit harenoſis in pratis: et ſecus amnes
Hanc auide quidam comedunt in tempore veris
Expertumqꝫ ferunt ſibi ꝙ faſtidia tollat
Virtus eſt illi ſiccans & frigida valde
Tertius a medicis datus eſt gradus in vtroqꝫ
Hac fugit appoſita ſacer ignis & erpeta mordax
Et tumor ex oculis trite cataplaſmate cedit
Vlcera que ſerpunt cohibet combuſtaqꝫ curat
Et multum valide dicunt prodeſſe podagre

Si fuerit foliis eius operta virentis
Aut cataplaſmentur miſta contrita polenta
Eius cum roſeo ſucus commiſtus oliue
Dicitur antiquo capitis prodeſſe dolori
Qui dolor eſt lingua dictus cefalargia greca
Omne genus fluxus ventris reſtringere mire
Cum vino potata ſolet: vel manſa frequenter
Hocqꝫ modo nimium manantia meſtrua ſiſtit
Vel ſi matrici tritam & viridem ſuperaddas
Sic quoqꝫ lumbricos pellit potata rotundos
Taliter & cunctis obſtat potata venenis
Exclarat viſus illius ſucus inunctus
Luminibus multis probatum dicitur eſſe
Affirmat iſtam qui ſecum geſſerit herbam
Quod non impetat hunc letali ſcorpius ictu
Auribus expreſſus ſi ſucus funditur eius
Adiuuat auditum mire: pellitqꝫ dolorem
Altera vero mire ſpecies eſt illius herbe
Quam ſemper dicunt qm̄ vireſcit in omni
Tempore: barba iouis nomine vulgi vocitatur
Eſſe refert ſimilem predicte plinius iſtam
Non minus hanc cunctis predictis poſſe iuuari
Tertius humoris frigoris eſt quoqꝫ ſecundus
Huic gradus: & febrem quam cauſam grecia dicit
Non modicum ſtomacho ſedat ſuperaddita trita
Mane ſolent adeo palpebre glutine quodam
Flegmate reſtringi valeant vt vix aperire
Has mire ſucus herbe deglutinant huius
Illo ſi tacte fuerint digito ue peruncte

De Portulaca.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Dragius grece que Portulaca latine
Dicitur: hec vulgi pes pulli more vocatur.
Humida vis eius & frigida dicitur eſſe
Tertius humori: frigori gradusq; ſecundus
Inde iuuat febrem quam dicit grecia cauſon
Trita ſuper ſtomachum viridis ſi ponitur herba
Preſtat idem ſucus ſi ſumitur herbaq; manſa
Aut ut olus accepta ſolet lenire calorem
Manſa vel hauſta poteſt nimiũ reſtringere fluxũ
Sanguinis: & nocuum ventris cohibere fluorem
Eſſe vetat dentes quibus eſt contrita ſtupentes
Et tumidis oculis prodeſt ſuperaddita trita
Feruorem ſolis eſtate comeſta nocere
Non ſinit: & ventrem cum vino & cum ſale mollit
Veſiceq; ſolet ſedare comeſta dolorem
Et eſt emotoicis hec ſepe comeſta ſalubris
Accidule ſimiles huic pene per omnia vires
Effectuſq; pares teſtatur Plinius eſſe

De Liliis.

Vroſas vt credo roſas argentea debent
Lilia iure ſequi: que non ſpecie nec odore
Cedere credantur roſeo collata decori
Hec minus in multis hominũ ſunt apta medelis
Eius radicis bulbus qui lilia profert
Sub prunis coctus iunctus quoq; tritus oliuo
Prodeſt vſturis mire ſuperadditus ignis
Et melius roſeum ſibi ſi iungatur oliuum
Duricias ſtericas mollit ſi ſubditur idem
Elixis foliis eius cataplaſmate facto
Molleſcunt nerui: combuſtaq; membra iuuantur

Sicq; ſuperpoſitis morſus curabitur anguis
Aut ſi cum vino bulbus potabitur ille
Sic quoq; fungorum vetat ille venena nocere
Hunc vino coctum tritumq; pedum ſuperadde
Clauis: nec ſoluas niſi cum lux tertia tranſit
Pingui porcino ſi decoquis hanc vel oliuo
Reddere poſſe pilos membris narratur aduſtis
Cum vino potus nocuum purgare cruorem
Per ventrem dicunt: & ſic prodeſſe lieni
Sicq; iuuat vuluas: ſic idem meſtrua purgat
Vel ſi cum vino ventri coctum ſuperaddas
Preciſis neruis tritus cum melle medetur
Expreſſus ſucus foliorum miſtus aceto
Et melle coquitur ſi mellis ſint & aceti
Vt gemine partes predicti quinq; liquoris
Ad deſiccandas nil eſt magis vtile plagas
Inq; cicatrices ducit licet inueteratas
Elixus bulbus ac cerotis bene miſtus
Rugas deducit vultus maculas fugat omnes
Lichinas purgat: faciem quoq; furfure mundat
Exprimitur ſucus de tritis floribus eius
Qui mollit vuluas: cum lana ſubditur illis
Illitus aſſeritur ſudorem poſſe mouere
Turgida maturat poſt concoquit: & cito mundat

De Tymbri al's Satureya.

Ymbri ſolet grece dici Satureya latine
Illi ſicca nimis vis eſt & feruida valde
Prouocat vrinam cum vino: & meſtrua ſumpta
Pellit abortiuum: muliebria viſcera purgat
Illius puluis cum cocto melle ſubactus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Et manſus: vel cum vino ſi ſumitur idem
Pectoris humorem pellit per ſputa tenacem
Cum vino tepido compeſcit tormina ventris
Si large bibitur verum iam ſepe probaui
Eſt quidam morbus litargus nomine dictus
Oppoſitum medici quem dicunt eſſe freneſi
Quod vetat hoc ſomnum ſomno grauat hic nimis (egrum
Hec tam letali ſomno deprehenſus aceto
Timbrem commiſcens foueat caput inde frequēter.
Sic vicium pigri poteris depellere morbi
Hanc herbam caueat mulier deprehēdere pregnās
Nam non manſa modo ſed partum ſubdita pellit
Nauſea ſedatur: hec ſi bene trita bibatur
Cum modico vino: vel ſi bibatur in ouo
Hocq; modo mire ventrem ſolet ipſa mouere
Si largo potu viridis vel ſicca bibatur
Si deſit thimus pro thimo ponere tymbrem
Precipiunt medici: quia vis eſt vna duabus
Quod ſi cum vino mel iungitur & piper illi
Non modicum veneris ſuccendere dicitur ignem
Hec a ſatiriis merito ſatureya dicta eſt
Quod ſint in venerem nimis hec animalia prona

De Liguſtia.

Igurgum patria ſumſere liguſtia nomen
Copia quo maior ibi naſcitur illius herbe
Et par eſt illis vis in medicamine quouis
Maior radicis vis eſt in ſeminis eius
Tertius huic gradus ſicci calidiq; vigoris
Inflato ſtomacho cum vino ſumpta medetur
Et tali potu vis digeſtiua iuuatur
Omnibus & morbis ſic prodeſt interiorum

Vrinas ſic ſumpta mouent: & meſtrua purgant
Tota venenatis medicatur morſibus herba
Si bibitur bene trita prius vinoq; ſoluta
Et pars contrite ponatur deſuper herbe
Non modicum colicis prodeſt hec manſa vel hauſta
Vel ſi radicis elixatura bibatur
Non ſolum colicis decoctio ſubuenit iſta
Sed ſupradictis medicabitur omnibus hauſta
Digeſtibilibus ſemen bene iungitur eius
Omnibus antidotis ꝙ ineſt ibi ſtiptica virtus
Hanc oculis ſtrabis potuq; & odore nociuam
Aſſerit antidotis eius tantummodo ſemen
Miſceri iuſſit: hoc verbum dixerit a ſe
An a doctorum libris: non eſt mihi notum
Hoc ſcio ꝙ veteres non paruis laudibus iſtam
Extollunt herbam: nec me legiſſe recordor
Vllum qui ſtrabi ſermonibus aſtipuletur

De Eſtrocio al's Caulicula agreſti

Strecio oſtruciuꝫ quo vulgi more vocetur.
Vim calidā ſiccam ꝙ tenet: radix fugat eius
Cum vino morbos iecoris ſi trita bibatur
Hictericos ſic ſumpta iuuat: ſpleniſq; tumorem
Durum quem greci ſcirroſim dixere repellit
Hocq; modo lapides veſice frangere dicunt
Meſtrua ſic lociumq; mouet: tuſſimq; medetur
Sic orthonoicis prodeſt ſi ſepe bibatur
Subdita matrici depellere fertur ab ortum
Et ſic tarda nimis educere meſtrua dicunt
Acri cum vino ſi iungitur atq; potata
Illius ſucus lepras emundat inunctas
Hoc etiam ſuco iuncto cum polline quendam

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ordea curatur: vt dicunt puſtula quauis
Si ſuperaddideris emplaſtri more dolori
Illius ſucus cum melle terendo iugatus
Humores capitis purgat: ſi nare trahatur
Sternutamentum per ſe puluis mouet eius
Naribus iniectus veratro non ſegnius albo
Hictericis mire ſucus medicabitur eius
Hunc ſi nare trahant lacti miſtum muliebri

De Cerefolio.

St Cerefolio vis acris & ignea valde
Appoſitū cancris tritum cum melle medetꝛ
Cum vino bibitum lateris ſedare dolorem
Sepe ſolet: tritam ſi nectas deſuper herbam
Cum mulſa bibitum pituite noxia ſoluit
Ex oleo coctum frigus depellit inunctum
Si tritum iuncto violento ſoluit aceto
Lumbricos tali potu tineaſq; repelles
Cum vino ciet vrinas: & meſtrua purgat
Virgine cum cera vetus huic aſſungia miſta
Non modo parocidas verum quoſcumq; tumores
Curat: vel reprimit deſuper ſi ſepius addas
Interitum valido ſi manducetur aceto
Sepe ſolet vomitum ſemper tenere ſolutum
Si trito tegitur pecten ſucuſq; bibatur
Vrine clauſos reſerat quoſcumq; meatus
Illius elixatura vertigo fugatur
Si caput hac tepida patientis ſepe lauetur
Herbaq; timporibus & fronti cocta ligetur

De Atriplici.

N frigiditate gradu p'io humectare ſecūdo
Atriplicem dicunt eius molli cibus aluum.
Duricias ſoluit varias clauſiſq; medetur
Emplaſtrum nocte vel crudum ſi ſuperaddas
Hocq; ſuperpoſitum ſcrabros cito detrahit vngues.
Ignibus & ſacris dicunt ſic poſſe mederi
Atriplicem tritam cum nitro melle & aceto
Dicunt appoſitam calidam ſedare podagram
Hictericum dicit Galienus tollere morbum
Illius ſemen cum vino ſepius hauſtum

De Coriandro.

Rigida vis herbe Coriandri dicitur eſſe
Auſtereq; ſimul quiddam virtutis habere
Hanc Galienus ait: per quam depellere ventris
Lumbricos: tineaſq; ſolet ſi trita bibatur
Cum vino: vel ſi miſto iungatur aceto
Vuaq; cum paſſa coriandrum melle iugatum
Sedabunt varios ſuperaddita trita tumores
Precipue teſtes tumidos iuuat hoc medicamen
Illius ſemen ventrem ſtipare ſolutum
Fertur: & inunctum fuerit ſi ſepius hauſtum
Argenti ſpumam ceruſe contere miſtam
His tritis ſucum coriandri iunges acetum
Quatuor bis roſeum miſcendo iugabis oliuum
Iſta terendo ſimul precioſum conficit vnguen
Quo ſacros ignes pellas calidoſq; tumores
Si tibi difficilis confectio tarda videtur
Sucus cum ſolo prodeſt commiſtus aceto
Aut ſi frumenti panis mundiſſima mica
Iungitur huic ſuco: ſedat quemcumq; dolorem

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Huic ſuco ſi iuncta fabe ſit ſola farina
Et ſuper addatur ſcrofis: medicabitur illis
Et ſedat feruens emplaſtro puſtula tali
A multis legitur ſcriptum febris ante tremorem
Si tria grana voret coriandri ſeminis eger
Euadet febrem: cui lux dat tertia nomen
Preſtat idem lectum coriandrum mane priuſq̄
Sol ſurgat: ceruicali ſi ſubditur egri
Xenocraten dixit totidem ceſſare diebus
Meſtrua quot mulier coriandri grana vorabit
Aſſiduum qindam condemnant illius vſum
Namq; putat mortem quamuis parare dolorem

De Naſturcio.

Icunt feruentes ꝙ habent naſturcia vires
Et ſiccas acrem venerem ceu ruta cohercet
Siccando ſemen fuerint ſi ſumpta frequenter
Fermento commiſta terens hec herba terendo
Antraces curat: bona que plebs vlcera dicit
Si ſuperaddatur curaq; furunculus iſta
Emittit ſaniem cum qua dolor ipſe recedit
Illius ſucus crines retinere fluentes
Fortius eſt herbe: ſemen depellit abortum
Illius aſſeritur dentiſq; leuare dolorem
De qua parte dolens dens eſt infuſus in aure
Hauſtum cum vino ventriſq; animalia pellit
Et ſic ſerpentis dicunt obſtare venenis
Solus odor poſitus carbonibus effugat illos
Splen reprimit miſto ſi ſepe bibatur aceto
Iunge cum polino herbam vel ſemen aceto
Hec contrita ſimul ſciaſis ſuperadde dolori

Vtile non modicum confirmant hoc medicamen
Lichetias ſucus purgat cum melle perunctas
Si prurigo caput aut vlcera turpia fedant
Anſeris admiſcens adipi naſcentia trita
Sepius vnge caput: vicium pelletur vtrumq;
Si coquis hanc herbam capre cum lacte recenti
Illius aut ſemen dolor angat pectora quiſquis
Aſſnmpto tepido potu ſedabitur iſto
Semen cum tepide contritum pondere dragme
Et bibitum dicunt ꝙ durum molliat aluum
Tuſſim compeſcit ſemen cum melle voratum

De Eruca.

Rucam calidam dicunt mediocriter eſſe
Siccam non adeo: cibus eius digerit eſcam
Et valet vrinas hec manſa vel hauſta mouere
Manditur vtiliter pueris tuſſimq; repellit
Et mundare cutem maculis cum melle iugata
Tradunt: & mundos lentigine reddere vultus
Elixata prius radix valibus ꝙ ſubacta
Oſſibus: & factis ſuperaddita detrahit illa
Cum vino tritum ſi ſemen ſumitur eius
Quoſuis peſtiferos ictus curare videtur
Hec nigras maculas curat cum felle bouino
Illita: mira loquor cum vino largius hauſta
Indurare ferunt hanc contra verbera ſenſum
Si condumentis coquus immiſceat herbam
Aut ſemen: gratum dicunt preſtare ſaporem
Ethimumq; ſolent hanc cauſon dicere greci
Erucam ſucus ꝙ guſtu ſit bonus eius
Non modice manſam venerē ſtimulare vł hauſtā

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Confirmant: pariter medici pluresꝗ poete
Eſt cum lactucis hec herba comeſta ſalubris
Namꝗ calor dedit temperiem cum ſanguine miſt9

### De Papauere.

Icunt vim gelidam ſiccamꝗ papaueris eſſe.
Tres illi tribuūt ſpecies: flos viuus albus
Alterius rubeus: roſeus pallenſꝗ minoris
Flos eſt: hunc vulgo dicunt agreſte papauer
Nobilior cunctis cui flos iam naſcitur albus
Ex eius teneris opium faciunt capitalis
Inciſa leniter ſumma cute lacꝗ quod inde
Defluit excipiunt coleis ſucumꝗ reſeruant
Antidotis multis aptus variiſꝗ querelis
Sunt qui contūdunt cum lacte ſua capitella
De quibus expreſſum ſiccant in ſole liquorem
Poſt primum ſucus vires habet iſte ſecundas
De ſpecie vero roſeos quam gignere flores
Dixi: conficiunt oleo de ſemine tonſo
Non modi um guſtu iocundum ſomni ferumꝗ
Tertia cui flos eſt rubeus ſemenꝗ nigellum
Prebet: ſi bibitur reliquarum more ſoporem
Elixatura tepida cuiuſlibet harum
Eger ſi foueat faciem vel ſi bibat illam
Optatum capiet: niſi mors ſit proxima ſomnum
Sperma nigri bibitum cum vino ſtringere ventrē
Hocꝗ modo dicitur: fluxus inhibet muliebres
Somnum dat bibitum tuſſim compeſcit iniquam
Pondere denarii debent hec ſemina ſumi
Nam plus litargum vel mortem ſepius infert
De foliis eius tritis factum cataplaſma

Eximie fauces dicunt curare tumentes
Quoſꝗ vocant ſacros extinguere dicitur ignes
Frigore vel tantum potu ue cibo ue vel eſca
Aſpera ſi fuerit vocalis reddita vena
Appoſito taliꝗ fiet medicamine lenis
Candida moconii ſpecies: ſic namꝗ vocari
Grecorum lingua dicunt quodcumꝗ papauer
Longe nobilior eſt vtiliorꝗ duabus
Tunc cum lacte fluunt capitella papaueris huius
Lacte coquatur aqua: cui ſit pars tertia mellis
Addita cuncta coquas donec decoctio ſpiſſa
Sit quaſi mel: varios ſic conſeruetur ad uſus
Sumpta facit ſomnum: tuſſim fugat: attinet aluum
Vocalis vene bene reumatiſmata ſiccat
Eiuſdem teneris opium factum capitellis
Sicut iam docui roſeo miſcebis oliuo
Vnge caput: miſtis ſedabitur his dolor omnis
Et ſolet hoc vnguen ſomnum preſtare quietum
Predictis admiſce croci redolentia fila
Auris curabis hoc infundendo dolorem
Hoc quoꝗ femineo cum lacte crocoꝗ ſubacto
Vnguendo calidam poteris ſedare podagram
Ano ſuppoſitum ſolet hoc adducere ſomnum
Iſtud idem ſolo preſtare putatur odore

### De Cepis.

E cepis medici non conſentire videntur
Namꝗ Diaſcorides inflare: caputꝗ grauarē
Atꝗ ſitim cepas dixit ſuccendere manſas
Felicis non eſſe bonas dixit Galienus
Flegmaticis vero multum putat eſſe ſalubres

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Non modicum ſanas Aſclepius aſſerit illas
Preſertim ſtomacho: pulchrumqꝫ creare colorem
Affirmant: quotiens aliquis aſpexerit illas
Et dicit quiſquis ieiunia ſoluerit illis
Vnaquaqꝫ die: qꝫ huic iuuat abſqꝫ dolore
Affirmant omnes manſas inferre ſoporem
Et dicunt illas mollire ſalubriter aluum
Appoſitas perhibent morſus curare caninos
Si trite cum melle prius fuerint vel aceto
Apponunt alii cum vino melleqꝫ tritas
Tranſactiſqꝫ tribus ſoluunt cataplaſma diebus
Sal tritum ſcepaſqꝫ Diaſcorides iubet anguis
Morſibus apponi: ſic aſſerit ille iuuari
Femineo lacti commiſtus ſucus earum
Pellit ſepe graues infuſus in aure dolores
Hic ſucus commiſtus aque bibituſue iuuabit
Illos quos ſubitos facit obliuiſcere morbus
Naribus attractus harum tantummodo ſucus
Humores capitis nocuos deponere cogit
Manſe vel pote tardantia meſtrua purgat
Trituraſqꝫ pedum ſolet quos vel caligarum
Duricie faciunt ſuco ſanabit earum
Cum gallinarum pingui ſi ſepe perungas
Mane ſibi dentes qui ſuco perfricat iſto
Hunc dicunt dentis nunq̃ ſentire dolorem
Vlcera compeſcunt oris cum pane comeſte
Intingens oleo coctas qui ſumſerit illas
Sedat quos intus dat diſſinteria morſus
Contritis cepis loca denudata capillis
Sepe fricans: capitis poteris reparare dolorem

Oris fetori proſunt: faſtidia tollunt
Haſqꝫ Diaſcorides iubet ſuperaddere tritas
Illarum ſucus caligine lumina purgat
Ammiſtus melli maculas: quoqꝫ iunctus aceto
Emundare ſolet ſi ſunt hac ſepe fricate

De Bugloſſa.

Ingua bouis greco ſermone bugloſſa vocat̃
Hec coleram rubeam nimio feruore puſtã
Purgat cum vino fuerit ſi ſumpta frequenter
Cardiacam colere quem fecit copia nigre
Conſimili potata modo curare valebit
Humores nocuos pulmonum detrahit illa
Miſtus aque tepide ſucus ſi ſumitur eius
Illi qui ſciaſim patitur mire medicatur
Vim memorem cerebri dicunt ſeruare periti
Vinum potatũ quo ſit macerata bugloſſa
Letos conuiuas decoctio dicitur eius
Reddere: ſi fuerit inter conuiuia ſparſa

De Sinapio

Nter illas quas Pitagoras laudauerat herbas:
Aſſeritur primam laudem tribuiſſe Sinapi
Quartus eſt gradus illi calida quoqꝫ ſicca
Extrahit humores viſcoſos: extenuatqꝫ
Comburitqꝫ cutem: vis eſt ſibi tanta caloris
Maxima vis eius in ſemine dicitur eſſe
Senſus exacuit cibus eius: commouet aluum
Confringit lapides vrinam & meſtrua purgat
Si tritum iungas tepide verſeſqꝫ palato
Ad ſolem: capitis purgabis flegma nociuum
Sternutamentis hoc ammiſcere ſalubre eſt

Illo nam capitis ſtrictura reſoluitur omnis
Manſum confortat ſtomachum ſuſpiria ſedat
Morſus ſerpentum tritum ſi iungis acetum
Et ſupraponis curas medicamine tali
Manſum peſtiferos vetat intima ledere fringes
Vi nimia feruente cutem comburere dixi
Sed tamen multis eſt vtilis vt ſcio cauſis
Hac oculis nocuus capitis ſedabitur humor
Et qui diſtillans pulmone concaua ledit
Et ſtomachi morbos curat: tuſſimq; tiſimq;
Hac per veſicas coxe dolor inueteratus
Elicitur: ſciaſim quam greco nomine dicunt
Hacq; tumor ſplenis durus iecoriſq; fugatur
Et multis cauſis hec ſubuenit inueteratis
Vtile tot cauſis qm̄ cataplaſma ſenapis
Sepius a medicis variatur conficiendo
Dicam hoc qualiter iubeat fieri Menemachus
In mortariolo bene tritum impone ſinapis
Semen: iungatur huic panis candida mica
Sic ut tertia ſit panis pars iuncta ſinapi
Hiis ficus ſiccas adiungas mel vel acetum
Etatis quantum vel morbi cauſa requirit
Nam quo plus ficus ſicce vel mellis habebit
Ille ſinapiſmus tanto ſolet acrior eſſe
Debilior quo plus de pane & aceto remittet
Nec tibi ſit vilis moneo confectio talis
Effectum cuius in multis ſepe probaui
Non tamen hanc iube cunctis apponere morbis
Sed raro magnis: & cauſis inueteratis
Plinius in muſto cum ſemine precipit huius

Radices mergi ſi poſtq̃ ſumpſerit horum
Omnem vim: vinum multum putat eſſe ſalubre
Faucibus & ſtomacho potatum luminibuſq;
Pluribus: & capitis dicit prodeſſe querelis
Infuſo faciunt oleum de ſemine quidam
Vtile membrorum viciis ſtupidis quoq; neruis
Exprimitur ſucus tenero de caule ſinapis
Quem ſucum mandens dentis turmenta fugabit
Vocales venas ſemen lenire ſinapis
Manſum confirmant adipi tundendo vetuſta
Comeſtum ſcrofas diſpergit ſi ſuperaddas
Illius fumus multum prodeſſe caducis
Dicitur: atq; ſtere cauſas ſiccando iuuare
Cum ficu tritum capiti ſuperaddere raſo
Hiis qui litargum patiuntur magna medela eſt
Vel ſi ſepe pedes vngendo fricabis eorum
Semen contritum melle coniunge vel vncto
Iſtud alcopicias iuuat vnguen ſepe fricando
Acri cum vino lepras emundat inunctum
Hoc quoq; purgatur manſo pariodica febris
Antea q̃ dicti fiat commotio morbi

De Cauli.

Aulis Romana grecorū braſica lingua
Dicitur hic q̃uis paſſim naſcatur in ortis
Eſt tamen illius ad multa ſalutifer vſus
Annis ſexcentis vſus medicamine caulis
Romanus Cato teſtatur medicina: priuſq̃
A medicis Rome deſcripta fuiſſet in uſum
Ortus tunc eſcas illis dabit atq; medelas
Vulnera non tantum curare recentia caulem

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ipſa met affirmat: ſed q̃uis inueteratã
Et cancros & loca prius ſed amne lauari
Precipit: aut vino tepido: ſic deniꝫ crudum
Vnaquaꝫ die vix tritum apponere caulem
Ordea quam dederint cauli miſcere farinam
Idem precepit: rutam quoꝫ cum coriandro
Et ſale permodico: ſic omnia miſta terendo
Apponi dire docuit cataplaſma podagre
Hoc etiam morbis medicatur articulorum
Hoc quoꝫ ſiringas ait elixata iuuare
Atꝫ ſuperpoſitum varios ſedare tumores
Illius vrinam fuerit qui caulibus vſus
Cauſis neruorum calefactam cenſuit aptam
Hac ex vrina pueri ſi ſepe lauantur
Aſſerit illorum multum conferre ſaluti
Hoc de caule cato quendam ſcripſiſſe libellum
Criſippum dicunt: huius de viribus herbe
Omnes confirmant caligine lumina tergi
Eius qui viridi veſcetur caule frequenter
Auget lac mammis cibus eius: meſtrua purgat
Atꝫ iuuat ſtomachum: ſumptas vt decoquis eſcas
Aſſumptus crudus ſic ut tingatur aceto
Splen reprimit tumidum: ſemen depellit abortum
Si multum coquitur reſtringere dicitur aluum
Atꝫ ſemicrudus ſolet illum ſoluere ſumptus
Vncto cum veteri coctos bene contere caules
His oleum roſeum quantum res poſtulat addes
Ardores nimios iuuat hec confectio febris
Si ſuperaddatur ſtomacho membroꝫ calenti
Acri non ſiſſum ſi iungit alumen aceto

Et caules corpus ſic redigantur in vnum
Et plures alias maculas his ſepe perungens
Cuncta terendo diu potes his compeſcere lepras
His etiam crines poteris retinere fluentes
Dicitur: & teſtes iſtud curare tumentes
Et varios morbos genitalia quos patiuntur
Et ſi predictis melius faba cocta iugatur
Cum fino greco ſi iungas hunc & aceto
Et ſuper artericos apponas iſta dolores
Multum ſubuenies illis viciſꝫ podagre
Non modicum poterit iſtud cataplaſma mederi
Vncto cum veteri caulis cineres bene triti
Proſunt ad veteres lateris coxeꝫ dolores
Sic licet hec vilis tamen eſt medicina ſalubris
Si caulis ſemen miſto potatur aceto
Pellere ſepe ſolet animalia noxia ventris
Fit cinis ex ſiccis caulis radicibus uſtis
Subditus hic vuam releuat ſiccando iacentem
Dentibus attriti ſucum gluttire virentis
Affirmant rauce multum ſuccurrere voci
Naribus infuſus ſucus purgat caput eius
Qui prius eſt caulem non ſentiet ebrietatem
Euulſam caulis radicem ſi bene tritam
Que non attigerit collo meleus inquit
Suſpenſam cunctos vue depellere morbos

### De Paſtinaca.

St paſtinace virtus in ſemine tantum
Et radice ſua: mulſa ſi decoquis eius
Radices: multum decoctio proderit eius
Si potanda datur: ſplenis iecoriſꝫ querelis

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Lumborumq; leuat: eadem potata dolores
Hanc lacte coquas decoctio ſumpta iuuabit
Aſmaticos: q̃uis veteres: ventreſq; fluentes
Radix illius collo ſuſpenſa tumores
Vt quidam dicunt compeſcit teſticulorum
Qui paſtinacam fert aut qui mandidit illam
Dicitur a nullo ſerpentum poſſe noceri
Accendit venerem ſi large ſumitur illa
Si circumſcalpes dentes radicibus eius:
Dicunt ingenti perſepe dolere leuari
Ex vino paſtinace ſi ſparma bibatur
Compeſcit duros quos ſcorpius intulit ictus
Sic quoq; feminei ventris curare tumorem
Dicunt: quo mulier quaſi pregnans eſſe videtur
Appoſitum cancris tritum cum melle medetur
Quod paſtam tribuat eſt paſtinaca vocata
Namq; cibum melle radices dant meliorem

## De Origano.

Rigani vires ſicce calideq; leguntur
Tertius huic gradus in vtroq; creditur eē
Illius in vino curat decoctio ſumpta
Quoſuis peſtiferos morſus ſi ſepe bibatur
Sic multis aliis dicunt obſtare venenis
Cum mulſa ſumptum prodeſt aconita bibenti
Conquaſſata iuuat manſum vel ſepius hauſtum
Ydropicos reprimit bibitum: ſiccatq; tumores
Cum mulſa bibitum coleram deponere nigram
Dicitur: euxifragum fuerit ſi pondere tritum
Meſtrua deducit bibitum: vel ſi ſuperaddas
Tritum: vel cocta mulier ſi ſe fouet herba

Illius puluis tuſſim cum melle repellit
Pruritus acoras q; fugat maculas cutis omnes
In quo decoquitur ſi ſepius amne leuetur
In lauacro iuuat hictericos hec coctio ſumpta
Sucus predicte viridis ſi ſumitur herbe
Vuas vel fauces curat ſiccando tumentes
Oris vulneribus medicabitur ore retentus
Naribus infuſus hircino miſtus oliuo
Inuiſum capiti cogit manare cruorem
Auribus infuſus ſedat cum lacte dolorem
Hic ſucus cepis commiſtus: roſiriaco
Ponitur ad ſolem tunc quando Syrius ardet
Sicq; quaterdenis feruebit in ere diebus
Si ſupponatur lecto confectio talis
Effugat vt dicunt animalia cuncta nociua
Hiis quibus ex aliquo vicio digeſtio tarda
Euenit: & vino prodeſt ſi ſumitur albo
Cum calida morſus ſtomachi lenire probatum eſt
Illius ſucus oleo miſtus & aceto
Succida lana bibat: & ſic ſupereddita membris
Laxatis: vel contuſis multum iuuat: illa
Prouocat vrínam: lumbricos reicit hauſtum
Dente diu tritum ſolet inde fugare dolorem
Omnia potatus ſucus iuuat interiora
Eius cum ſuco ſi carica trita bibatur
Sudorem poris producere fertur apertis
Appoſitus ſucus eius cum polline farris
Harnm ſepe grauem pellit reprimitq; dolorem

## De Serpillo

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Erpillum veteres dixerūt:ꝙ quaſi ſerpat
Terre vicinus huic feruida ſiccaqꝫ vis eſt
Acri cum vino tritum contundit oliuo
Cui roſa dat nomen hoc vnguine proline frontem
Egroti capitis:ſolet hec ſedare dolorem
Nidor combuſti ſerpentes effugat omnes
Et quoduis animal infundens ore venenum
Hoc ideo miſcere cibis meſſoribus eſt mos
Vt ſi forte ſopor feſſos depreſſerit illos
Vermibus a nocuis tuti requieſcere poſſint
Peſtiferos morſus bibitum iuuat:appoſitumqꝫ
Prouocat vrinas:compeſcit tormina ventris
Splen iuuat ammiſto ſi ſepe bibatur aceto
Simul predictis iungatur ſputa cruenta
Iactantes mire potus ſolet ille iuuare
Hauſtum cum vino iecoris ſedare dolorem
Dicitur:hic ſolus producere meſtrua potus

## De Aſaro.

St aſarum grece dictum vulgago latine
Hec calide & ſicce virtutis dicitur eſſe
Tertius eſt illi gradus vt dicunt in vtroqꝫ
Prouocat vrinam potataqꝫ meſtrua purgat
Hoc qꝫ modo iecoris medicatur ſumpta dolori
Ydropicoſqꝫ iuuat:ſciaſim fugat hauſta frequenter.
Et vulue morbis decoctio ſubuenit eius
Dicitur hictericum potata repellere morbum
Elebori vomitum hauſta precordia mundat
Sed non eſt eius purgatio tam violenta
Nec memenda quidem:ſi fiat taliter illa
Etatem vires eius circumſpice primum
Quem purgare voles & tempus quale ſit anni
Et ſi ſit regio feruens vel frigida valde
Aut ſi temperiem mediam tenet inter vtrumqꝫ
Nam ſenibus puerisqꝫ parum donare licebit
Etatis medie:plus his iuueneſqꝫ requirunt
Pinguibus & validis plus dandum q̃ macilentis
Debilibuſqꝫ viris magis ingelida regione
Dandum q̃ calida duris quocumqꝫ labore
Plus illis tribues quos reddunt ocia molles
Hec circumſpiciens & cetera talia tractans
Non ſolum tutus dabis hanc ſed quaſlibet herbas
Que purgant vomitu ſtomachū ventrēqꝫ reſoluunt
Sed quia de cunctis herbis dixi que trahuntur
Quo ſit danda modo proprio vulgato docebo
De foliis eius triginta recentia tollens
Adde meri tantum ꝙ poſſint cocta recondi
Tota nocte mero facias macerentur in illo
Mane terens vino quo ſint macerata reſolue
Tunc olus excoctum cum pingui carne recenti
Porcina prius egroto da ſufficienter
Et ſumat vini quantum vult fortis & albi
Sic aſſari ſucum colatum tarde bibendum
Fortibus & magnis eſt hic numerus foliorum
Sufficiens reliquis vt diximus eſt minuendus
Iuxta quod vires etas & cetera poſcunt

## De Ematite.

Vmpſit ematites greco de ſanguine nomen
Nature eſt humide lapis ſeruire creatus
Stiptica cui virtus per multa probatur in eſſe
Nam palpebrarum ſuper illitus aſperitatem

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Et viſus hebetes pulſa caligine purgat
Eius fragmento ſi glaria miſta ſit oui
Suco dilutus quem punica mala remittunt
In medicinali velut ad collīria cute
Vel reſolutus aqua iuuat qui ſanguinis ore
Spumas emittunt: & quelibet vlcera ſanat
Potatus ſtringit patitur quem femina fluxum
Carnes creſcentes in vulnere pulueris huius
Vis premit: & ventrem retinet ſine mora fluentē.
Vinoq; dilutus veteri bibituſq; frequenter
Serpentis morſum: vel quod ſit ab aſpide vulnus
Egregie curat inunctus & aquis reſolutus
Miſtus melle poteſt oculos ſanare dolentes
Veſice lapides bibitus diſſoluere fertur
Hic ferrugineo rufo ue colore notatur
Africa mittit eum ſeu ethiopes arabeſq;
Archadie tellus lapidem producit ebeſten
Ferrens huic calor eſt nature mira poteſtas
Feminei ſexus referens mutando labores
Nam quibus ex cauſis dubium: ſed tempore certo
Concipit: & parit & parentibus auxiliatur
Vltima quas vrget dubii diſcriminis hora
Accipe Satirion lingua auis Mercuriumq;
Accipe pimpinellam & tere cum capri foliumq;
Accipe cerefolii ſucum & Argentillam
Et totidem mellis & da bibere patienti

De Menta.

Im calidam ſiccāq; gradu fert menta ſecūdo
Illius potu vis digeſtiua iuuatur
Confortat ſtomachū vomitū quoq; detinet hauſta
Lumbricoſq; modo depellere fertur eodem
Diuerſis morbis ocurrit teſticulorum
Si foueantur aqua qua menta cocta ſit herba
Lac ſoluit mammis ſi ſit ſuperaddita trita
Inſtillata fugat auris cum melle dolorem
Aſperitas lingue fugit illa ſepe fricata
Hauſtaq; cum ſapa partum ſolet accelerare
Trita canis morſum ſuperaddita cum ſale curat
Hec emotoicis miſto ſuccurrit aceto
Matrici ſucus ſi ſubditus illius ante
Quam fiat coitus: mulier non concipit inde
Caſeolos ſucus putreſcere non ſinit eius
Aminiſtus: vel ſi viridis ſuperaddidur herba

De Cypero.

Im Cypero medici calidam ſiccamq; ſecūdo
Dicunt eſſe gradu: potu depellitur huius
Calculus: vrine purgat laxatq; meatus
Dicit Apollodoris: quia pellere poſſit abortum
Si mulier foueatur aqua qua coxeris ipſam
Aſſerit hic idem conſumi poſſe lienem
Illius fumo: ſi ſepius ore trahatur
Si ſe ſanus homo fumo ſubfumiget illo
Dicit eum fieri firmum magis & leuiorem
Subuenit alarum vicíis commiſtus oliuo
Sucus ſic fugat vicium vertiginis vnctus
Humores nimios deſiccat ſepius hauſtus
Illius ſolus puluis melli ue iugatus
Vlcera mirifice vel vulnera putrida purgat
Precipue puluis hic vlceribus valet oris
Si bibitur ſtomachum confortat debilitatum

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ydropicis multum ſuccurrit ſepius bauſtum
Atq; per vrinas humores ſiccat aquoſos
Contrito validum cypero ſi iungas acetum
Vlcera que ſerpunt cohibes medicamine tali

## De Pionia.

Ioniam medici calidam ſiccamq; fatentur
Hāc tenere gradū dicunt vtroq; ſecūdum.
Splen iecur & renes cum mulſa ſumpta iuuabit
Si iungatur ei violenter amigdola trita
Meſtrua ſic purgat: & fluxum detinet alui
Illius & uino decoctio ſepius bauſta
Veſice duros ſedat ſic ſumpta dolores
Et ſcodroſim ſic illa curat: ſtomachiq; dolorem
Nefreticos multum eadem iuuat: hictericoſq;
Calculus infantum potu depellitur eius
Preſſuras nocte ſolent quas ſomnia ferre
Pionie ſemen bibitum: ſi ſepius: arcet
Illius radix pueris ſuſpenſa caducis
Non modicum prodeſt Galienus vt aſſerit auctor.
Quendam ſe puerum narrat vidiſſe caducum
Etas cuius erat annorum circiter octo
Pionie puer hic radicem ferre ſolebat
Appenſam collo: quadam vice decidit illa
Moxq; puer cecidit ſolito ſed more ligata
Protinus euaſit: Galienus vere probare
Rem plene peroptans radicem denuo demſit
De collo pueri: cecidit: viguitq; reſumpta
Cognita vis herbe fuit huius tam manifeſte
Aptam ſi bibitur vel ſi ſuſpenditur illa
Ipſe Diaſcorides cunctis ait eſſe caducis

Geminis illius ter quinq; rubentia grana
Cum vino fluxum matricis ſumpta cohercent
Nigra ſolent varios matricum pellere morbos
Si totidem dantur cum vino nocte bibenda
Huius ſunt gemine ſpecies: mas dicitur vna
Altera que minor eſt ſpecies ſit femina dicta
Radix maioris eſt palmis longa duabus
Groſſaq; ceu digitis radix diuiſa minoris
Dicitur in plures radices: hec bene purgat
Poſt partum potata ſteras vino ſociata
In cunctis reliquis dicitur conſimilis illi

## De Boragine.

Erbam quam greci dixerunt milleſophilloſ
Borragam noſtri dicunt volgariter illam
Pre cunctis apibus gratiſſima dicitur herbis
Hac gaudere magis vllius flore videntur
Contritis foliis & apum ſi vaſa perungas
Non fugient: melius facias ſi lac ſibi iungas
Vnguine cultores retinent examina tali
Auxilium preſens ſic apum fert ictibus illa
Ictus detrita tegitur ſi potinus illa
Hocq; modo quos veſpa nocet vel aranea: curat
Trita ſolet veteres compeſcere cum ſale ſtrumas
Hocq; modo viciis dicunt ſuccurrere fedis
Femina purgatur decocto cum ſale ſuco
Tali diſcutitur inflatio nocua potu
Eius ſi viridis decoctio ſepe bibatur
Antiquos diſſintericos iuuat & quiliacos
Aſmaticis eadem prodeſt ortq moicíſq;
Vlcera depurgat morbos leuat articulorum

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Herba canis morſus ſuperaddita cum ſale curat
Eius fomento decoctio meſtrua purgat
Ore retenta ſolet dentis ſedare dolorem
Lumina purgari caligine Plinius inquit:
Eius ſi ſuco fuerint cum melle peruncta

De Senetione.

Rigeron grece nos ſeniclum vocitamus
Quod canis ſimilis videatur flore capillis
Naſcitur in muris & in ortis & tegulatis
Illius herbe vis frigida dicitur eſſe
In medicinali radix non ponitur vſu
Flores cum foliis tondens in fundito vini
Per modicum dulcis & ſic tepefacta tumori
Hec ſimul apponas ani vel teſticulorum
Addito thure iſtis neruos & vulnera queuis
Curabis facile poſito cataplaſmate tali
Hec eadem trita eius faciunt capitella
Potari prohibent quia ſoffocare bibentem
Quidam affirmant at contra Plinius auctor
Hictericis quondam potum donaſſe ſalubrem
Cum vino dicit modo medicamine tali
Morbis veſice plures ait ille probaſſe
Et cordis viciis illam iecoriſꝗ dediſſe
Torminibus quoꝗ compaſſo iuuiſſeꝗ potu
Hec varios morbos precordia que patiuntur
Et viridis facit hec ſi tincta voretur aceto
Trita ſolet duras hec cum ſale ſpargere ſtrimas
Hanc circumſcriptam ſi quis fodeat ſine ferro
Et tangat dentem vicibus tribus inde dolentem
Vna quaꝗ ſpuens vice poſtꝗ reponat eodem
Quo fuit orta loco: ſic rurſus viuit herba
Plinius vt dicit iam non dens ille dolebit

De Celedonia.

SSe Celidonie gemine ſpecies referuntur.
A medicis ſpecies: eſt maior prima vocata.
Altera vocatur minor: oculis medicatur vtraꝗ
Cecatis pullis hac lumina mater yrundo
Plinius vt ſcribit: q̃uis ſint eruta reddit
Hanc naſci dicit auibus venientibus illis
Et deſiccari ſolito dum more recedunt
Indeꝗ nomen habet celidonia namꝗ chelidon
Dicitur hec volucris grecorum more vocari
Florentis ſucus cum melle coquatur in ere
Igne leui ſpumam donec proiecerit omnem
Et quaſi craſſitiem mellis decoctio ſumat
Vtilius nullum dicunt oculis medicamen
Quos caligo grauat ſi ſint hoc ſepe peruncti
Conteritur iuncto ſibi radix eius aceto
Et ſic hyctericis cum vino ſumitur albo
Dentibus illorum prohibet contrita dolorem
De foliis eius contuſis ſi cataplaſma
Cum vino fiat: maculas abſtergere dicunt

De Centaurea.

Vnt Centaree ſpecies maiorꝗ minorꝗ
Vt ſuperaſcriptis dixi de pluribus herbis
Sed quia perpaucis ſpecies eſt cognita maior
Hanc pretermittens vires narrabo minoris
Quam notam cunctis credo vulgaribus ipſis
Deſiccatiue virtutis dicitur eſſe
Non modicum plagas conglutinat inde recentes

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Atq cicatrices veteres ſuperaddita ducit
Illi qui ſciaſim patitur decoctio mire
Prodeſt illius: ſi ſit ſubiecta per anum
Sanguine detracto ſedat mox illa dolorem
Fomento neruis eadem medicabitur egris
Sucus illius deducit meſtrua ſumptus
Pellit abortiuum medicamina cuncta maligna
Cum vino ſumptum dicunt purgare per anum
Melle ſibi iuncto caligine lumina purgat
Illius exprimitur autumni tempore ſucus
Quem deſiccandum feruenti ſole repone
Ad rerum curam quas diximus ante ſalubres

### De Draguntea.

Erba draguntea grecorum quem vocat vſ9
Hec eadem vulgi lingua colubrina vocatur
Quod colubro ſimilis maculoſo cortice ſurgit
Ex quibus antiquis compertum credimus eſſe
Quod queas a ſimili colubrina venena fugare
Quiſquis ſe trita radice perunxerit eius
Tutus ab incurſu ſerpentum dicitur eſſe
Morſibus illarum cum vino ſumpta medetur
Si iungas oleum cum ſuco ſeminis eius
Auribus infundens poteris ſedare dolorem
Cum ſuco lanam madidam ſi naribus addas
Compeſcit morbum qui polipus eſt vocitatus
Hic cancris ſucus magnum ſolet eſſe iuuamen
Suco radicis eius caligo fugatur
Et varii morbi quos lumina perpatiuntur
Ex ipſo ſuco ſi ſint lita melle ue miſto
Et prodeſt oculis radix ſi manditur aſſa

Cum puſca granis terdenis ſeminis hauſtis
Lumina munda ferunt pulſa caligine reddi
Si marceſcentis illius floris odorem
Nare trahat pregnans deponere fertur abortum
Vel ſi ſit radix matrici ſubdita trita
Puluis radicis eius cum melle iugatus
Tuſſim compeſcit ſumptus ſedatq catarrum
Et emotoicis confert hoc ſepe iuuamen
Pectoris humores exhaurit non redituros
Omnibus his prodeſt ſi radix ſumitur aſſa
Iſtud idem faciet eius decoctio ſumpta
Eius cum vino radix venerem mouet hauſta
Prouocat vrinas fagedinica vulnera curat
Si ſit ei trite cum melle brionica iuncta
Vulneris hec mundat ſordes ſiringia curat
Sola ſibi iuncto maculas depellit aceto
Eſſe pedum vicium dicunt cui parnia nomen
Eſt a pernicie membris patientis id ipſum
Plebs dicit mulam: ſolet hec de frigore naſci
Amne draguntee radices decoque tali
Pernia deletur ſi ſepius amne fouetur

### De Guaſidone.

Satis eſt grecis vulgo guaſido vocitatus
Non modicū queſtū p̄bēs tinctorib9 herba
De foliis eius tritis factum cataplaſma
Vulnera magna licet conglutinat atq cruorem
Illorum ſiſtit: reprimit quoſcumq tumores
Si cum melle teris hanc ſordida vulnera purgat
Emundat maculas: & ſacro ſubuenit igni
Oui ſi iunges albumen eam ſuperaddas

## De Eleboro.

Leborum geminas ſpecies teſtātur habere
Albū quod ſurſum purgat:nigrūq; deorſuȝ
Vim ſicca n calidamq; tenent:& tertius illis
Eſt in vtroq; gradus:nigro violentius album
Dicitur:vnde prius dicam de viribus eius
Suppoſitum quocumq; modo depellit abortum
Naribus attractum ſternutamenta mouebit
Illius puluis capitis pellentia morbos
Miſcetur confecturis que lumina purgant
Et prodeſſe ferunt multum viciis oculorum
Pultibus amiſtus mures puluis necat eius
Et cum lacte datus eſt muſcis perniciosum
Dicunt per vomitum varios educere ſumptum
Humores:vetereſq; ferunt ſic pellere morbos
Inſanis valet & melancolicis q; caducis
Purgatur tali vomitu vertigo vetuſta
Sepeq; curatur ſumpto limphaticus iſto
Ydropicis in principio mire medicatur
Et mundat lepram thetrium fugat atq; podagram.
Confirmat tremulos:redeuntia tormina curat
Diuerſis viciis ſtomachi ſciaſiq; medetur
Et tuſſi veteri:febribus ſuper omnia prodeſt
Quartanis annis iam pluribus inueteratis
Ingenti cura ſumpturus Plinius ipſum
Ammonet vt ſeptem ſe preparet ante diebus
Humectiſq; cibis corpus bene temperet omne
Nec ſero cenet qui debet ſumere mane
Et quando ſumet curet explorare ſerenam
Et calidam claramq; diem ventiſq; carentem

Obſeruare diem:curam qui ſumpſerit iſtam
Paſſnrum miros affirmat tum cruciatus
Eleborumq; iubet in pultibus antea coctum
Aut in lente dari:ſic dicit non nociturum
Et prohibet ſenibus dari:pueriſq; tenellis
Mollibus & timidis animiq; viris muliebris
Et macris nimium dicit non accipiendum
Inſueto:tyſane & mulſa pane ue coctum
Sumere precipiunt:alii ſic vtile dicunt
Philo compoſitum fertur ſcripſiſſe libellum
Qualiter eleborum ſit nobis accipiendum
Inq; ſuis Ypocras amforiſmis eius herbe
Solius meminit:quam nouerat vtiliorem
Plures ſcripſerunt huius de viribus herbe
Et quo ſit ſumenda modo docuere quibuſq;
Non tamen inueni q̄ plura volumina voluens
Vllum qui certum pondus donare iuberet
Illius dixiſſe ſatis ſe credo putabant
Cum iuxta vires:etates:tempora :dandum
Iuſſiſſent:vero mihi non ſatis eſſe videtur
Tutum:rem ſubitam que confert ſepe periclum
Commendare dari cuiq̄ ſine pondere certo
Plinius vt ſcribit Remiſon donare ſolebat
Elebori dragmas geminas tribuiſſe ſequentes
Biſbinas etiam confirmant:quod tamen ipſe
Pondere quo iubeat ſumi tacuiſſe videtur
Cur inde Elibori nigri iubeat dare dragmam
Quatuor aut ſtrupulos mihi ſignificare videtur
Albi dimidium pondus tantummodo dandum
Quo longe nigro violentius eſſe videtur

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

### De Eleboro nigro.

Leborum nigrum adeo non eſt violentum
Nec formidandū quantū mō dixim9 album
Hoc quoqꝫ precipiunt veteres in lente coquendum
Aut in iuſcellis inſanis ſic medicari
Aſſumptum dicunt: & ſic prodeſſe podagre
Ydropicis: mota febri ſic dicitur auxiliari
Miram ſentit opem ſumpto paraliticus illo
Et varios morbos bibitum leuat articulorum
Educit coleras varias et flegma per aluum
Elixature potu caligo fugatur
Duricias ſuffuratas factum cataplaſma
Cum coquit: & purgat vacuat ſiringia collo
Infixus modicus radicis ſurculis eius
Poſtqꝫ dies geminos ſit ſurculus ille remotus
Ordea quam dederint contrito iunge farinam
Ydropicus tumor appoſitus ſiccabitur iſtis
Meſtrua ſuppoſitum purgat: depellit abortum
Auditum reddit ſi ſurdis auribus illud
Imponas: poſt & biduum triduum ue repellas
Appoſitum tollit maculas eius cataplaſma
Emundat lepras: ſcabies quaſcumqꝫ repellit
Ore diu tentum quo coxeris illud acetum
Dentis non modicum dicunt ſedare dolorem
Elebori nigri precepit plinius vnam
Donari dragmam: leuiter ſic promouet aluum
Pluſq̄ bis binos obolos vetat accipiendos

### De Berbena.

Erbenam gerobotinum periſterionqꝫ
Appellant greci: ſpecies hec fertur habere
Binas: effectus eſt idem pene duabus
Cum vino curat yctericos ſi ſepe bibatur
Peſtiferos morſus curat ſuperaddita trita
Cum vino renouanda quidem per quatuor iſta
Eſt medicina dies: oris bene vulnera purgat
Illius ſucus tepidus ſi voluitur ore
Hec quoqꝫ facta recens herbe decoctio preſtat
Hac quoqꝫ putredo queuis depellitur oris
Si tepefacta diu voluatur fauce ſenora
Glutinat herba recens vulnus ſuperaddita trita
Occurrit cunctis cum vino ſumpta venenis
Que furit alternis febris accedendo diebus
Pellitur hac tribus ſumptis radicibus eius
Cum foliis potetur aqua totidem reſoluta
Iſta prius patiens q̄ frigus ſentiat vllum
Hocqꝫ modo febribus quartanis illa medetur
Bis binis foliis cum tot radicibus hauſtis
Illius in vino ſi ſit decoctio facta
Conuiuas hilares inter conuiuia ſparſa
Reddere narratur: ut tam deſcripta bugloſſa
Hanc herbam geſtando manu ſi queris ab egro
Dic frater quid agis: bene ſi reſponderit eger
Viuet: ſi male ſic ſpes eſt ſibi nulla ſalutis
Ex hac appoſitam quidam iuſſere coronam
Apponi capiti cauſa quacumqꝫ dolenti
Sic dicunt illam celerem conferre medelam
Plinius affirmat hanc omnibus eſſe ſalubrem
Vlceribus lateris morbis iecoriſqꝫ querelis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pectoris & vicijs: hanc precipue medicari
Pulmonum cauſis hanc aſſerit ille tyſiqꝫ
Parocidas reprimit adipi commiſta vetuſta
Herbam cui nomen folijs de mille dedere
Betonicamqꝫ pari herbene pondere iunge
Hec emiſta potentur aqua nullum medicamen
Vtilius credunt illis quos calculus angit
Non modicum laudare magos hanc aſſerit herbam
Plinius: hanc cunctis dicunt obſiſtere morbis
Et quicumqꝫ petunt hac impetrare per vnctum
Sic & amicitias captari poſſe potentum
Et pellit febres & plurima talia fingit
Que q̃uis natura potens concedere poſſet
Vna tamen nobis anilia iure videntur

### De Camereos vł Germandea.

Amereos grece que Germandea latine
Dicitur: hanc herbam calidā ſiccamqꝫ fatenť
Tertius eſt gradus in vtroqꝫ: depellit abortum
Si miſta potetur aqua: tuſſimqꝫ medetur
Et quaſſata iuuat ſi miſta potetur aceto
Splen ſiccat: purgat cum vino meſtrua ſumpta
Ydropicis in principio ſic ſumpta medetur
Sic quoqꝫ peſtiferis occurrit peſtibus illa
Cunctis predictis prodeſt ſuperaddita trita
Sordes purgabit: vulnus licet inueteratum
Si cum melle teras: & tritam deſuper addas
Gamedreos oculi ſuco cum melli peruncti
Dicuntur clari dempta caligine reddi
Si tritam miſces oleo corpuſqꝫ perungas
Pellet fridorem reuocabit & ipſa calorem

### De Stringa aľs Morella.

Erbam quam greci Stringam dixere: latini
Morellam dicunt: vis eius frigida valde
Dicitur: auricule mire ſedare dolorem
Illius ſucus ſi ſenſim funditur intus
Egilopis ſtrigni dicunt cataplaſma mederi
Iſtud idem dicunt capitis prodeſſe dolori
Vna cum ſtrigno ſi ſal paniſqꝫ terantur
Parocidas reprimit cataplaſmatis addita more
Strigni prurigo depellitur illita ſuco
Sucus ſuppoſitus fluxum ſtringit mulierum
Contritis eius folijs coniunge polentam
His ſuper appoſitus ſacer ignis & erpea mordax
Dicitur expelli ſi vero iunxerit iſtis
Argenti ſpumam ceruſam oleumqꝫ roſatum
Fortius & melius predictum fit medicamen

### De Iuſquiamo aľs Caniculata.

Vſquiamum greci quam noſtri caniculataꝫ:
Dicũt: herbe huius virtus eſt frigida valde
Tres habet hec ſpecies ſemen profert prior albũ
Altera ſubrufum: producit tertia nigrum
Nobilior reliquis eſt ſemen que gerit album
Pro qua ſi deſit: mos eſt apponere rufum
Nigrum vero frequens medicorum reſpuit vſus
Iuſquiami folijs contritis adde polentam
Hec adhibendo potes quoſuis curare tumores
Auribus infuſus vermes ſucus necat eius
Illorumqꝫ ſolet varios lenire dolores
Sic mire calidam valet infrigidare podagram
Ore diu tepidum ſi contineatur acetum

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Quo ſint decocte radices illius herbe
Dicitur inmodicum dentis placare dolorem
Expreſſus ſucus contriti ſeminis eius
Viſcoſum calidumq; poteſt compeſcere reuma
Si fuerint oculi patientes inde peruncti
Seminis illius obulus cum ſemine miſtus
Miconis pariter cum mulſa ſumitur illis
Vtiliter fluxum matricis que patiuntur
Et emorroicis dicunt ſic poſſe mederi
Vel quocumq; modo ſanguis iactetur ab ore
Dicitur hic potus medicari ſepius hauſtus
Cum vino tritum ſemen cataplaſmaq; factum
Mammas & teſtes dicunt curare tumentes
Emplaſtris multis apponitur antidotiſq;
Infert ſicut olus illud cataplaſma medelam
Preſtat idem ſucus in quouis vulnere fuſus

### De Malua.

Ixerunt maluam veteres ꝙ molliat aluum
Eſſe cado ſtomachū ſextꝰ niger aſſerit illaȝ
Atq; Diaſcorides tamen interioribus ambo
Sumptam ſicut olus multum prodeſſe fatentur
Et ſic veſice dicunt illam medicari
Sicq; venenoſis occurrere potibus illam
Hii quoq; confirmant malue foliis ſaliciſq;
Ex equo tritis citius meliuſq; cruentum
Sanari vulnus emplaſtris quam precioſis
Addunt auctores ipſi ꝙ malua potenter
Conquaſſata iuuat adipi commiſta vetuſto
Vnius caulis radix adiuncta dolori
Dentis ſedat eum: venerem ſtimulare refertur
Hec eadem femori ſi lino annexa geratur
In lanam nigram tecta ſi geſſerit illam
Femina: mammarum dicunt occurrere morbis
Scripſit abortiuam thebana olimphias illam
Si reſolutus adeps miſcebitur anſeris illi
Et ſic ſubdatur veluti peſſaria vulue
Contritis foliis illius cum ſale pauco
Egilopas pelles ſucoq; medeberis eius
Puncturis apum: cui ſi coniungis oliuum
Corpus & inde linas apum te nulla nocebit
De coctura loto capiti ſuperaddita maluam
Sic turpes acoras pelles furfurq; nociuum
De coctis eius foliis ſi iungis oliuum
Extingues ignem ſacrum cataplaſmate tali
Et combuſturis illo bene ſubuenis ignis
Duricias ſtericas eius decoctio mollit
Inteſtinorum cauſis matricis & ani
Hec eadem mire prodeſt ſi ſubditur illi

### De Lapacio al's Paratella.

Erba ſolet lapaci vulgo paratella vocari
Illius ſpecies dicuntur quatuor eſſe
Par tamen eſt ferme vis omnibus in medicina
Omnibus eſt illis feruens auſteraq; virtus
Vna quidem ſtomachum confortat ſumpta: ſoletq;
In ſtomacho clauſum per ructus pellere ventum
Sumptaq; ſicut olus fertur reſtringere ventrem
Pruritus mordax: cutis & ſcabie lacerata
Illius tepida cedunt apozimata facta
In vino cocte radices & bene trite
Appoſite ſcrofas compeſcunt parrocidaſq;

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Eius ſepe tepens ſi coctio gargarizetur
Vuas ſedabit: tumidum dentiſqꝫ dolorem
Hec diſſintericos potu iuuat & cihacos
Pellitur hac tepida dolor auris: ſi foueatur
Decoctas valido radices eius aceto
Contritas ſpleni ſuperaddita ſepe tumenti
Quãuis non modicum reprimit ſiccando tumorem
Cum vino vel aqua radicum coctio facta
Meſtrua reſtringit potu: lapideſqꝫ repellit
Hec eadem iuuat hyctericos: ſuſpenſaqꝫ collo
Illius radix ſcrofas naſci prohibebit

De Lolio al's Nigella.

Rumentis nocuam lolium grec9 vocat illaꝫ
Quam nr̃i dicunt vulgari more nigellam
Cancros emudat: patientia vulnera purgat
Cum rafano modicoqꝫ ſalis ſuperaddita trita
Ernias & lepras cura compeſcit eadem
Sulphure cum vino purgamentiſqꝫ columbe
Admiſce lolium: ſemen quod lilia prebent
His iungas hec cocta mero ſuperaddita ſcrofis
Sic ſcrofas ſpargit: ſic appnſtemata rumpit
Duriciaſqꝫ alias emolliet hoc cataplaſma
Mulſa decoctum commiſto thure crocoqꝫ
Apponat coxe ſciaſis quam vexat iniqua
Parturiens mulier ſi ſe ſubfumiget illa
Aſſeritur citius ventris deponere pondus

De Cicuta.

Rigida letifere vis eſt natura Cicute
Vnde necat gelidi potantes more veneni
Qui perit hac herba cutis eius fit maculoſa
Vnde genns mortis valet hec per ſigna videri
Publica pena reis hec eſſe ſolebat Athenis
Hac ſumpta Socrates magnus fuit exanimatus
Qualiter hoc fiat: non puto dicere noſtrum
Cui nil quod noceat: ſed quod iuuat eſt referendum
Hac ſi quis ſumpta morti ſit proximus herba
Forte vinum tepidum bibat: euadetqꝫ periclum
Sed q̃uis potu ſoleat perſepe nocere
Mirifice tamen appoſitum ſolet illa iuuare
Epiforas mire iuuat eſtiuas oculorum
Si frons contriti folii ſit operta virentis
Vel ſi ſint eius circumlita lumina ſuco
Hac quoqꝫ pellentur ſacer ignis & erpeta cura
Tradit Anaſilas ſi ſuco ſepius eius
Linat virgo mammas ſibi contur geſcere primum.
Incipient modicas ſemper ſtanteſqꝫ manere
Hac contrita virens mammas ſuperaddita ſiccat
Extinguit venerem: fluxum quoqꝫ ſeminis omnem
Si bene ſit trita: cataplaſmes ſepius illa
Argenti ſpunie commiſcens hec adipeqꝫ
Apponas calide cataplaſma ſalubre podagre
Et per ſe tali multum prodeſſe probaui
Singula quid memorem nocuum quemcũqꝫ caloreꝫ
Appoſita trita poteris curare cicuta

De Roremarino.

Vantum cognoui dicam de rore marino
Nomẽ tale tenet: quoniã creſcit mare iuxta
Natura calidus & ſtringens dicitur eſſe
Nam locum ſtringit: dentis ſedare dolorem
Si maſticata fuerit: radix perhibetur

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Siue ſuper dentes eius ſucus teneatur
Iſtam contundens oleo ſi iungas oliuo
Languentes ſanat: procurataq; prurigo
Per ſucus huius biduo triduoue receptos
Vt iungatur aque calide veteriq; falerno
Hec tuſſim curant piperi melli ue iugata
Interiorq; dolor pacto curatur eodem
Iſtius cineres atico melli ſociati
Ex oculis album tergunt: claros quoq; reddunt
Hec adipi iuncta que ſunt noua vulnera ſanat
Extinguit febres ipſo potata momento

### De Pimpinella.

Impinella poteſt ſanare caput tineoſum
Cū vino ſumpta cito diſcutit omne venenū
Et ſedat tuſſim: ſi conſociatur aceto
Omnes qui circa cor ſunt fugat iſta dolores
Et clauos potu & cum cataplaſmate ſanat
Hec ſoluit ventrem: quia ſi vomis hinc morieris
Plagatus bibit hanc: quam ſi per vulnera reddit
Non euaſurum cognoſcas: ſed moriturum
Pimpinella ſatis laxas: & feruida valde
Vulnera permundat: trāſuerberat: excoquit: aptat.

### De Tormentilla.

Ic diſſintericis poteris ſuccurrere morbis
Decoque fructicū cū lipha: deinde remota
Lac capre ponas: & ſic commiſta parumper
Contere: detorquens per pannum: deniq; cocta
Puluere tormentille ſi ſparges: & ſic edat eger
Hic etiam puluis cancrum ſanare refertur
De quo ſi fuerit ſparſum ſepe: ſerpere ceſſat
Hec etiam dubios fertur curare caducos

Si miſcetur aqua: quem potum ſuſcipit eger
Qui potus laterum poterit ſedare dolorem
Hec tormentilla viridis collecta teratur
Sic ſucum preſſum per pannum collige miſcens
Cum vino: & ceruiſia ſi ſit ſepius hauſtus
Subuenit infirmis oculis: ſanoſq; tuetur
Aut herbam tritam commiſcens: hoſq; liquores
Et potare voles: per pannum diſtrahe ſucum

### De Quinq;folio ſeu Pantafilon.

Antafilon folia quia quinq; videtur habere
Dicitur: ipſa locis multis naſci perhibetur
Blanda manu: pulcra viſu: guſtu ſed amara
Articulis leſis vncto coniuncta medetur
Potatus ſucus ventris ſedare dolorem
Noſcitur: ac idem varium fluxum retinebit
Si bibitur: & ſi vultus illo liniatur
Inguinis hec etiam faciet ceſſare furorem
Si potus binos circa trinos ue ciatos
Hocq; modo morſus ſerpentum curat vbiq;
Et combuſturis hec idem ſepe medetur
Hec fluxum ventris retinet cum lacte caprino
Sucus pulmonis viciis iecoriſq; medetur
Cum vino vel aqua mox diſcutit omne venenum
Procurat renes limphe calide ſociatus
Inflatum ventrem ſanat: duroq; medetur
Iſtius puluis modico cum melle iugatus
Succurret viciis lingue: gule ue fricatis
Pentafilon uncto veteri commiſta ſuillo
A ſale purgato veteri plus ſparſa falerno
Emundat cancrum ſemel aut bis: ter ue perunctum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Debile tota caput ſanat contrita linitum

### De Diptano

Iptannus calidam naturam fertur habere
Ipſe iuuare ſolet mulierem perturientem
Sucus cum vino coniunctus pellit abortum
Si febris affuerit calide coniungito limphe
Et ſine damno mox ſaluabitur atq; periclo
Hic idem ſucus plagas omnes cito ſanat
A ferro factas ſaxo:cane: fuſte: vel angue
Vel quocumq; modo potatus fuſus & intro
Iſq; fugat virus cum vino ſepius hauſtus
Contere diptanum agrimoniaʒ ſimul abrotanumq;.
Et ſumens ſucum mundo coniunge butiro
Vnguento tali ſi ſunt noua vulnera :ſanas
Beſtia percuſſa diptanum paſcitur:& ſic
Vulnus ſanatur :& ferrum pellitur extra
Dicitur odore Colubros tactuq; necare
Huius aque ſucus vinoq; bono ſociatus
Potatuſq; poteſt amiſſam prodere vocem
Hocq; modo tuſſim ſumptus ſedare dolorem

### De Titimallo.

Oſco duas ſpecies Titimalli ſed tamen illis
Nomina bina dabãt antiqui: dãtq; moderni
Vna domeſtica fit:& altera creſcit in agris
Diſſimilis foliis:ſed vis par eſt in vtriſq;
Acrior illa tamen que ſicut ſpurgia ſurgit
Eſt vtraq; ſatis ſoluens & feruida valde
Inſedare cutem dicunt & tollere pilos
Furtice contrita titimalli deprime ſucum
Et vino iungens ieiunus ſumito ſepe

Viſcera leſa iuuat:& ad intima cuncta valebit
Si celidonie ſuco lac iunxeris huius
Verucas poteris paucis ſanare diebus
Si dum ſtat creſcens hanc rumpis: lac cadit inde
Si teris hanc ruptam viridem tunc deprime ſucum
Phiſtola ſanaturp er eum vino ſociatum
Si ſuper infundis paſtellum deſuper aptans
Flos in reſina coctus lenire leproſus
Dicitur: ac huius radicis puluere facto
Et vino iuncto vomitum dat:mollit & aluum
Inter ruſcus aquis calidis adipiq; iugatus
Et bibitus durum ventrem nimis & cito ſoluit
Temporis eſtiui:collecto lacte diebus
Ac indurato multos ſeruabis ad vſus
Moreq; ſcamonie facies quodcumq; volebis
Aut vomitum dabis:aut ventrẽ & vtrũq; mouebis

### De Rafano.

Ature calide Rafanum cognouimus eſſe
Si comedis mouet vrinam : ventrẽ q; laxat.
Ac ter contritus:ſi coniungatur aceto
Et melli vomitum ſtomacho deducit ab imo
Ex hoc ſi trito factum fuerit cataplaſma
Ydropicis:& ſpleneticis valet auxiliari
Et tali pacto ſinacem ſic gargarizando
Procuras fucum:melli iungens & aceto
Huius radicem tritam coniunge ſaponi
Ac ſuper vmbilicum ponens:cito molliet aluum
Hec radix poterit ſtomachum ſedare comeſta
Coctaq; cum vino fertur curare petroſam
Veſicam : vino & ceruiſie ſi ſociatur

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sic aluum reprimi ſucus ſi ſepe bibatur
Dum te ſtufabis: vel balnea ſicca tenebis
Hoc quoq; lumbricos: vermes: tineas q; repelles
Sucum ieiunus potans genuumq; dolorem
Sic ſanare potes vt dicunt atq; tumorem
Contritum Rafanum lini ſacco religatum
Ac ſuperinductum tribus imponendo diebus
Hoc oleo cocto caput vnges: carpe ſoporem
Oximel & ſemen ſiriancus gargarizabit

De conſolida.

SSe duas ſpecies Conſolde nouimus omẽs
Vna minor fertur: & dicitur altera maior.
Hanc quoq; conſiriam quidam vocitare ſolebant
Dicunt vtramq; fractis ruptiſq; mederi
Albo flore minor ſurgit per prata viaſq;
Cum folio paruo viridi terreq; iacenti
Maior conſolda paſſim reperitur in ortis
Puluis cum vino mulieris meſtrua ſtringit
Origano ſtomachi placat coniuncta doloſe
In tepidis prunis radix eius bene cocta
Et melli iuncta fractos ruptoſq; iuuabit
Autidotum tale ieiunus ſumere debes
Huius radices cocte melliq; iugate
Et piperis quantum tibi conuenire videtur
Tuſſim ſedabunt: & ad intima iuncta valebunt
Si quis eam dubitat tantum virtutis habere
Tunſas radices mittat cum carne coquenda
Que diuiſa prius fuerant coniuncta videbis
Oſſa que confracta vel conquaſſata iuuabis
Si vino piperi melli ſociata bibatur

Vulnera rupturas fracturas ſic medicatur
Os fractum ſolidat vncto veteri ſociatum

Sequitur Tractatus.
De Speciebus.

Armine iaꝫ dictis aliquot vulgaribꝰ herbis
Nunc ſpecies illas q̃s cunctas iaꝫ ꝓpe notas
Vſus veſcendi fecit: temptabo referre
Atq; prius piperis quia notius ipſa coquina
Quam medicina fecit vires puto diſcutiendas

De Pipere.

Irtutis ſicce piper aſſeritur calideq;
Tertius eſſe gradꝰ huic concedit̃ in vtroq;
Tres huic ſunt ſpecies: album: longumq;: nigrumq;
Sed quia ſunt gemine ſpecies tantummodo note
De ſpecie nigra dicam quedam mihi nota
Crudum vel coctum ſumptum vel melle ligatum
Vim digeſtiuam ſtomaci iecoriſq; iuuabit
Morſus peſtiferos curat: faſtidia tollit
Occurrit variis toracis ſepe querelis
Quodq; nocere ſolet frigus periodica febris
Compeſcit febrem ſi ſumitur ante tremorem
Cum lauri bacchis: vel cum foliis bene tritis
Cumq; mero tepido potatum tormina ſedat
Et ſcrofas reprimit ammiſtum cum pice dura
Et ſuperappoſitum recte quoq; iungitur illis
Que purgare ſolent oculis caligine dira
Ammiſtum nitro maculas cataplaſmate delet
Stercoribus vſtis humanis puluere tritum

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vna iunge piper: & ſic ſuperaddito cancris
Experti nihil vtilius hoc puluere dicunt
Nemo poteſt omnes piperis deſcribere vires
Namqꝫ piper ferme medicamina cuncta requirit
Antidotis ſolet precioſis pluribus addi
Hinc puto tam paucas laudes de pipere dictas
Quodqꝫ ſit in numeris hoc dignum laude medelis

De Piretro.

St piretrum calidum ſiccū qꝫ quartꝰ in iſtis
Eſt gradꝰ: excutiat dētes ſi frigidꝰ humor
Maſticet hoc patiens: teneatqꝫ diutius ore
Et iuuat ammiſto ſi gargarizetur aceto
Hocqꝫ modo tumidā reprimit de flegmate linguā
Sic vuam releuat humoris pondere preſſam
Et multis aliis viciis ſic ſubuenit oris
Non modicum prodeſt ſumptū cum melle caducis
Sicqꝫ leuare ſolet morbum qui membra reſoluit
Suſpenſum collo pueris prodeſſe caducis
Creditur: & ſolo ſuccurre fertur odore
Ex oleo quo decoquitur ſi corpus inungas
Ante febris motum: minuet: tollet ue rigorem
Renum ſepe grauem fugat vnguen tale dolorem
Mirum ſentit opus paraliticus inde perunctus
Non leuiter manibus fuerit ſi ſepe fricatus
Vnguine: ſi totum corpus mulcebris iſto
Largus per poros ſudor procedet apertos
Membrorumqꝫ ſolet quemuis ſedare ſtuporem
Et corpus iuuare poteſt a frigore tutum
Et medicamento ſoluetur toronus iſto
Tantundem prodeſt ſi tritum ſoluis oliuo

Sicqꝫ fricando locum quem vis medicare perungas.

De Zinzibre.

Inziber atqꝫ piper equales in medicina
Dicunt: hac cauſa taceo de viribus eius
Zinziber atqꝫ piper bene ſeruatur ne putreſcant

De Cimino.

SSe putant medici calidum ſiccūqꝫ ciminuꝫ
Tertius eſt illi gradus in virtutibus eius
Aſſumptum quocumqꝫ modo depellere tradunt
Viſcera vexanteꝫ: ventrem ſtomachumqꝫ grauātē
Et digeſtiuum ſtomachi iecoriſqꝫ calorem
Excitat: & veneris creditur inhibere furorem
Et fluxum ventris in acetum ſtringere coctum
Hoc ortonoicis miram preſtare medelam
Experti dicunt: cum puſca ſepius hauſtum
Atqꝫ venenoſis cum vino morſibus ipſum
Prebet opem: tritumqꝫ fabe cum polline iuncto
Melle repente ſolet teſteſ curare tumentes
Appoſitum ſiſtit cum puſca meſtrua ſumptum
Pallebit cerebro qui ſe ſubfumigat illo
Dicunt pallentem dare manſum ſepe colorem

De Galanga.

Legmonē ſtomachi ſumptū galāga r̄ſoluit
Et ſi flegmaticus fuerit corroborat illum
Incluſum ventum ſumptum fugat interiorem
Vim digeſtiuam iuuat hec coliciſqꝫ medetur
Oris non modicum manſum commendat odorem
Augmentat ſumptum veneris renumqꝫ calorem

De Zedoari.

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

D primum ſumptis zedoar obſtare veneniſ
Affirmant morſus & reptiliũ leuat hauſtũ
Sumptũ confirmat ſtomachũ: ruptuſq; ſalu
Commouet: & crebra faſtidia reprimit vſu (bres
Antiquum ſtomachi dicunt curare dolorem
Illis ſi patiens ieiunus maſticet ore
Et ſic infectam ſenſim vorat ille ſaliuam
Lumbricos ventris depellere dicitur hauſtum
Allia quem faciunt fetorem pellit ab ore
Et nimium bibiti vini depellit odorem

De Garofilo .

Arofilum dicunt ſiccum calidumq; ſecundo:
Eſſe gradu: iecur & ſtomachũ corroborat/
Et ferme cunctis valet interioribus ipſum (hauſtũ
Vim digeſtiuam mire iuuat & fouet aluum
Accendit venerem ſi dragme pondere tritum
Potatum fuerit cum bacce lacte recenti
Vim cerebri memorem confortat ſepius hauſtum

De Cinnamo.

Innama treſ ſpecies dicunt̃ habere: ſed harũ
Eſt precioſa magis que plus ſubtilis habet̃
Et que plus que mordet: miſta dulcedine linguam
Et facit acceptas vt dixerat otius eſcas
Humores ſtomachi ſiccat: corroborat ipſum
Sumptum curat epar locium ſic meſtrua purgat
Humida tuſſis eo ſedabitur atq; catarrus
Hydropiſis ſpeciem cui prebent timpana nomen
Sumpta non modicum reprimit renumq; dolorem
Reptilium morſus curat: ſi iungitur illis
Qui currunt oculis humores ſiccat aquoſos

Si bene contritum forti miſceatur aceto
Liberat appoſitum tetra lentigine vultum
Sicq; iuuat morbum qui ducit ab impete nomen
Groſſa magis ſpecies fluxus emoroidarum
Stringit: aqua gelida bene ſi contrita bibatur
Tempore quo nondum patiens ieiunia fregit
De ſpecie geminas hec querit potio dragmas

De Coſto.

Oſti ſunt gemĩe ſpecies: grauis vna rubẽq;
Eſt & amara nimis : hec indica dicitur eſſe
Altera vero lenis: nec amara: colore ſubalbo
Hanc arabes mittunt: prior vtilior medicine
Vrinas purgant: & eis obſtantia pellunt
Splen curant & epar: laterisq; fugare dolorem
Dicunt cum vino tepido: ſi ſumpſerit eger
Meſtrua purgabunt ſi ſe ſubfumiget illis
Femina: ſic etiam vulue ſedare dolorem
Dicunt: aut ex his ſibi ſi peſſaria ſubdat
Lumbricos pellunt: purgant lentigine vultum
Si tritis cum melle linas: veneremq; mouere
Dicitur: & ſi ſint in mulſa ſumpta tepenti
Ex oleo coſtum: quo coxeris illine quemuis
Ante febris tepidum reddet de frigore tutum
Subuenit hec ſciaſi membris tumentibus vnguen
Antiquum vulnus puluis cito purgat eorum

De Spica.

SSe gradu primo calidam ſiccamq; periti
Teſtantur ſpicã: que dicitur indica nardus
Confortat potata iecur: ſtomachiq; dolorem
Mitigat: & renes ſic eius apozima curat

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Veſicam iuuat vrinam:& meſtrua purgat
Hictericis prodeſt:nocuis humoribus obſtat
Quos caput ad pectus traſmittit ſepe per vuam
Puncturas aufert ac morſus interiorum
In ſtomacho clauſum ſolet hauſta depellere ventū
Matricis nimium reſtringit ſubdita fluxum
Cum gelida ſi datur aqua ſedare tumorem
Dicitur:hec cordis & nauſea ſiſtitur inde
Heſitat:hec venerem:cum ſepe ſumpto liquore
Duricias ſtericas elixatura reſoluit
Eius fomento per partes inferiores
Lumina ſi tepida foueantur ſepius illa
Affirmant acri prurigine libera reddi
Palpebreq; pili bene confortantur eadem
Et nardi ſpecies que celtica ſpica vocatur
Celtarum tantum quod naſcitur in regione
Omnia que nardus valet indica dicitur illa
Poſſe: licet vires videatur habere minores

## De Thure.

Hus calidum ſiccumq; gradu dixere ſecūdo
Lumina clarificat lacrimoſi ſoluitur oui
Contritum:vel femineo cum lacte tepenti
Acri cum vino tritum pice lacteq; miſtis
Vulnera precipue curare recentia dicunt
Pingui porcino miſtum medicabitur iſtis
Admiſtum melli paratum decutít vnguis
Thus bene contritum vinoq; tepente ſolutum
Affirmant auri multum prodeſſe dolenti
Tritum cum cera ſic ennolea roſato
Permiſtum:mammas dicunt curare tumentes

Nil credunt magis emotoicis auxiliari
Admixto vino ſi ſumatur vel aceto
Thus cum lacte terens muliebri ſi ſuperaddas
Vlceribus fieri que ſepe videntur in ano
Aut aliter quocumq; loco medicabitur illis
Iunges huic aloes lacrimamq; aluminis oui
Sic vt ſit ſpiſſum ſecte ſuperaddite vene
Aut his vulneribus nimio quo ſanguine manat
Nec ſolues niſi cum noſces diuiſa coiſſe
Si ſit opus idem medicamen adde priori
Donec firmati valeat ſolidaq; cicatrix
Affirmant melius nil ſiſtere poſſe cruorem
Vim memorem cerebri primo confortat odore
Origano iunctum ſi quis commaſticet ipſum
Humores capitis nocuos per ſputa repellit
Alleuat illa grauem capitis purgatio linguam
Anſaris aut anatis miſta pinguediue thuri
Fit cataplaſma valens membris que leſerit ignis

## De Aloe.

Vnt Aloe gemine ſpecieſ:q̄ ſubrubēt:z que
Intus ſicut epar non ſubrubet:hec epatiq;
Dicitur:& magnas habet in medicamine vires
Vilior eſt illa que fracta colore videtur
Flegmate mundificat ſtomachum:caput articuloſq;
Leniter humorem nocuum purgando per aluum
Hyctericos purgat iecoris:iuuat interiora
Et vulnus recens putredine purgat ab omni
Illius iniectus puluis ſiccandoq; ſanat
Precipue veretri dicunt & teſticulorum
Vlcera curari vel vulnera puluere tali

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Si ſoluatur aqua iuuat apoſtema labrorum
Et nares: ſuper appoſitum nec non oculorum
Liuoremq; fugat: ſic circa lumina factum
Acri cum vino miſcens oleoq; roſato
Vnge dolens caput & frontem: mireq; iuuabit
Vnguine pruritus ſedabitur hoc oculorum
Vino contritum bene cataplaſmaq; factum
Confortat: retinetq; pilos quoſcumq; cadentes
Lingue gingiuis viciis quoq; ſubuenit oris
Si fricetur eo cum vino melleue trito
Hoc per ſe ſumptum ventrem non ſoluit acute
Eſſe tamen ſtomacho putat Euribaſius aptum
Cum ledat illum: ſoluentia cetera ventrem
Illius geminas cum mulſa pondere dragmas
Idem precepit: coleram ſic flegmaq; purgat
Vnaquaq; die poſt cenam ſumere dixit
Vtile tres eius pilulas binas ve recenti
Cum ſuco caulis formatas: vt faba groſſas
Aut cicer humores nocuos de frigore purgat
Non corrumpendo ſtomachum: nec vim faciendo
Purgatus fuerit pilulis qui ſepius illis
Vix vnq̃ capitis vexabitur ille dolore
Et nihil eſt oculis michi crede ſalubrius iſtis
Si vero durum vis ſoluere largius aluum
Partibus eſt geminis pars admiſcenda terendo
Vna diacridii: ſic apta ſolutio fiet
Butiro modicoq; oleo decocta: tumorem
Matricis ſubiecta tepens cito fugat: & illa
Et cunctis intus morbis ſic ſubdita prodeſt
Hac etiam teſtes poteris curare tumentes

Cum foliis lauri bene tritam ſi ſuperaddas
Ex hac antidotum non paucis vtile cauſis
Conficitur: medici dicunt diapigamon illud
Pigamon in greca noſtra quoq; ruta vocatur
Illius antidoti confectio talis habetur
Pondere iunge pari nitrum piper atq; ciminum
De tribus his quantum de ruta ponito tantum
Et prius ex acri vino macerata ciminum
Conuenit in ferro plus aſſari calefacto
Omnia dicta ſimul bene trita ex melle ligabis
Pectoris & iecoris lateris renumq; dolores
Ex hoc antidoto curantur ſepe commeſto
Extenuat bilem: mollit ſine tormine ventrem
Confortat ſtomachum: facit vt bene digerat eſcam.

Liber Macri Philoſophi De virtutibus herbarum finit foeliciter. Neapoli impreſſus per Arnoldū de Bruxella. Anno Milleſimo quadringētiſſimo ſeptuageſimoſeptimo die vero nona menſis Maii .:

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## Regiſtrum libri huius.

| | |
|---|---|
| Primum vacat | Oris fetori proſunt |
| Incipit liber Macri | Radices mergi ſi poſtq̃ |
| In primo calor eſſe | Et caules corpus |
| Credentes preuium | Illius puluis tuſſim |
| Ad queſcumq̧ voles | Cum puſca granis |
| Si rubeum fuerit | Obſeruare diem |
| Lumbricus ſucus | Berbenam gerobotinum |
| Fac prius hanc violam | De ſtringa al's morella |
| Aut leuitatem eron | Vulnera rupturas |
| Vino decocta facit | Sicq̧ fricando lotum |
| Si fuerit foliis eius | Si bene contritum forti |
| Sicq̧ ſuprapoſitis | Finis regiſtri. |

Arnoldus de Burxella

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

5°

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES